

## Distinctio XXVII

### Pars Prima

<Expositio textus>

5 “Hic quaeri potest”, etc. Postquam Magister determinavit de proprietatibus personalibus prout exprimuntur per nomina paternitatis, filiationis, et spirationis, hic agit de eisdem prout exprimuntur per alia vocabula. Et circa hoc duo facit. Agit enim primo de ipsis, prout exprimuntur per ‘generationem’, ‘nativitatem’, ‘processionem’. Secundo agit de ipsis, prout exprimuntur per ‘Genitorem’, ‘Genitum’, ‘Verbum’, ‘Imaginem’. Secunda ibi: “Hic non est  
10 praetermittendum”.

Circa primum duo facit. Primo namque ponit in quaestione an paternitas et generatio, filiatio et nascibilitas, processio et Donum seu Spiritus sint eadem proprietates; secundo vero ponit responsionem. Secunda ibi: “Ad quod sine praeiudicio”.

Dicit itaque primo quod hic oritur quaestio an sint eadem proprietates illae quas exprimunt  
15 paternitas, filiatio, et spiratio, cum illis quas exprimunt generare, generari, et<sup>1</sup> procedere. Et videtur quod non, quia si eandem proprietatem importarent paternitas et generare, quicquid esset Pater genuisset Filium. Hoc /X 595b/ autem non est verum, nam essentia divina non genuit Filium, et tamen est vere Pater. Ergo non est idem gignere Filium et esse Patrem.

Postmodum ibi: “Ad quod sine praeiudicio”. Respondet ad hanc quaestionem, et tria facit.

20 Primo namque ponit<sup>2</sup> responsionem, dicens quod absque praeiudicio aliorum possumus dicere quod haec vocabula proprietates easdem important. Illae namque proprietates quae dant eundem effectum formalem sunt proprietates eadem. Sed Pater est Pater quia genuit sive per generare, secundum Augustinum; et secundum Hilarium, est Pater per paternitatem. Ergo generare et paternitas sunt eadem proprietates. Et similiter /Br 272ra/ potest probari de filiatione  
25 et nascibilitate sive generari, et de Spiritu Sancto vel Dono et de procedere<sup>3</sup>.

Secundo ibi: “Nec tamen videtur”. Modificat praedictam responsionem, dicens quod esse Patrem et genuisse Filium /Vb 289ra/ aequaliter differre videntur, quoniam Pater videtur importare in suo significato non solum proprietatem, sed hypostasim seu personam, generare vero vel<sup>4</sup> gigni solas relationes. Et ideo conceditur quod divina essentia sit Pater, hoc est  
30 suppositum generans, non tamen conceditur quod essentia generet vel generetur, quia tunc solae notiones praedicarentur, et esset sensus quod essentia haberet Filium vel Patrem, quod falsum est. Unde quia proprietates huiusmodi et notiones non determinant /X 596a/ essentiam, sed solas personas, ideo non recipitur earum praedicatio de essentia, sed tantum de personis.

Tertio ibi: “Illae enim proprietates”. Probat auctoritate Damasceni hoc quod assumpserat,  
35 videlicet quod proprietates sint determinativae<sup>5</sup> et distinctivae personarum; et inducit auctoritates tres, quae in littera patent. Haec est sententia.

**Utrum generare et paternitas, vel generari et filiatio sint eadem realiter in divinis.** Et quia Magister inquit hic an generare et paternitas, et generari et filiatio sint eadem proprietates in  
40 divinis, idcirco de hoc inquirendum occurrit<sup>6</sup>.

Et videtur quod non sint<sup>7</sup> idem realiter<sup>8</sup>, quia quando aliqua sic se habent quod unum est realiter in aliquo, et aliud in suo opposito, illa non sunt realiter idem; talia enim realiter separantur, et per consequens non sunt idem. Sed paternitas realiter est in Patre, cum per eam sit formaliter Pater, generare vero non est in Patre, sed in Filio, quod patet tum quia III *Physicorum*  
45 dicit Philosophus<sup>9</sup> quod actio est in passo et non in agente<sup>10</sup>; tum quia generare videtur egredi a

<sup>1</sup> et om. Br Pa Vb Vn

<sup>2</sup> ponit om.; primo add. et del. Pa

<sup>3</sup> et de . . . procedere om. Br

<sup>4</sup> vel om. Br

<sup>5</sup> determinativae] determinatae Vn

<sup>6</sup> occurrit] est Bo

<sup>7</sup> sint] sunt Br

<sup>8</sup> sint idem realiter om. Vn

<sup>9</sup> dicit Philosophus om. Pa

<sup>10</sup> est in . . . agente] non est in agente, sed in passo Pa

Patre et attingere Filium, et per consequens remanere in Filio, et non in Patre. Ergo paternitas et generare realiter non sunt idem.

Praeterea, quodcumque aliqua **/Pa 176va/** sunt idem, de quocumque praedicatur unum, et reliquum. Sed Pater praedicatur de aliquo in divinis, de quo non praedicatur generare, utpote de  
 50 essentia, dicitur enim de essentia quod veraciter est Pater (Extra de summa trinitate, in<sup>11</sup> capitulo “damnamus”), et tamen ibidem determinatur quod essentia non generat. Ergo generare et esse Patrem non sunt idem, et per consequens nec paternitas et generatio activa.

Praeterea, paternitas et Filius in divinis non sunt idem realiter, immo realiter distinguuntur, sicut Pater et Filius. Sed generare non est aliud quam Filius, ut videtur, sicut enim motus qui est  
 55 in passo prout est ab agente **/Bo 185va/** dicitur ‘actio’, sic realitas Filii prout est a Patre videtur dici ‘generatio actio’, et prout est in Filio videtur dici ‘generatio passio’. Et confirmatur, quia creatio actio non videtur aliud quam creatura prout est a Deo create. Ergo paternitas et generare sive generatio actio non sunt idem.

Praeterea, idem non fundatur in se ipso, fundamentum enim non est idem cum fundato in eo.  
 60 Sed generare est fundamentum paternitatis, quia relationes<sup>12</sup> producentis et producti fundantur super agere vel egisse, ut Philosophus dicit in<sup>13</sup> *V Metaphysicae*. Ergo generare **/Vn 168rb/** et paternitas non sunt idem.

Praeterea, quodcumque aliqua sic se habent<sup>14</sup> quod unum manet, reliquo transeunte, illa non sunt realiter idem; alias transire et non transire, manere **/Br 272rb/** et non<sup>15</sup> manere, quae  
 65 sunt contradictoria, verificarentur de eodem<sup>16</sup> contra illud<sup>17</sup> primum principium: impossibile est idem simul esse et non esse. Sed paternitate manente, transit generare et actus generationis, ut patet in creaturis, ubi remanet pater multo tempore **/X 596b/** postquam genuit. Et dato quod in Deo in aeternum stent simul, hoc ex necessitate et immutabilitate divina provenit et non ex condicione paternitatis, **/Vb 289rb/** quia dato per impossibile quod generare transiret, adhuc  
 70 remaneret paternitas dum tamen Filius permaneret, et esset Pater in Deo, non qui actu Filium generaret, sed qui genuisset. Ergo paternitas et generatio non sunt idem.

Praeterea, ea quae reducuntur ad genera<sup>18</sup> diversa vel diversa praedicamenta, non possunt esse idem, cum diversorum generum diversae sint<sup>19</sup> species, et coordinationes praedicamentorum sint impermixtae. Sed generare reducitur ad praedicamentum actionis,  
 75 paternitas vero ad praedicamentum relationis; in creaturis quidem vere<sup>20</sup>, in Deo saltem secundum modum. Ergo paternitas et generare non erunt<sup>21</sup> idem in Deo<sup>22</sup>.

Praeterea, forma quieta non videtur eadem cum illa quae consistit in quodam fluxu et egressu. Sed paternitas est forma quieta per modum habitus existens in Patre, generare vero consistit in quodam fluxu et egressu a Patre. Ergo non sunt<sup>23</sup> idem paternitas et generare.

80 Praeterea, idem non est causa sui ipsius. Sed secundum aliquos Pater est Pater quia generat, secundum alios vero generat quia Pater; et ita secundum illos paternitas causat generare, secundum istos generare paternitatem. Ergo non possunt poni idem.

Praeterea, doctores inquirunt an suppositum Patris constituatur per generare vel per paternitatem; et tenent isti quod per paternitatem, hii vero quod per generare. Sed haec inquisitio  
 85 nulla esset, si generare et paternitas idem forent. Ergo illud quod prius.

**Quod idem sit in Deo generare sive activa generatio quod paternitas.** Sed in oppositum videtur hoc quod Magister dicit in littera, ait enim quod, sine praeiudicio aliorum, possumus dicere quod eadem proprietas dicitur ‘paternitas’ vel ‘generatio’, et eadem ‘filiatio’ et ‘nativitas’

<sup>11</sup> in *om.* Br

<sup>12</sup> relationes] relationem Vn

<sup>13</sup> in *om.* Br Vn

<sup>14</sup> se habent] differunt Br

<sup>15</sup> non *om.* Pa

<sup>16</sup> eodem] eo Pa

<sup>17</sup> illud *om.* Br Vn

<sup>18</sup> genera] generare Pa

<sup>19</sup> sint] sunt Br

<sup>20</sup> vere *om.* Pa

<sup>21</sup> erunt] essent Bo

<sup>22</sup> in Deo *om.* Br

<sup>23</sup> sunt *om.* Pa

90 seu ‘origo’, et eadem ‘donum’ et<sup>24</sup> ‘processio’. Ex quo patet quod origines et relationes eadem sunt secundum intentionem Magistri.

Praeterea, secundum intentionem Sanctorum omnium et doctorum, non sunt in Patre nisi tres notiones, scilicet paternitas, innascibilitas, et communis spiratio. Sed si generatio activa esset aliud a paternitate, esset quarta notio. Ergo generatio non differt a paternitate.

95 Praeterea, in eadem persona non possunt poni plures proprietates incommunicabiles, quia quaelibet daret incommunicabilitatem personae, et ita esset duplex personalitas in eadem persona. Sed generare est incommunicabile, similiter et paternitas, et ambo sunt in Patre. Ergo non sunt distinctae res aut distinctae proprietates.

100 **Responsio ad quaestionem.** Ad quaestionem istam respondendo hoc ordine procedetur. Primo namque inquiretur de generatione in divinis, an sit actio vel relatio, sive an habeat /X 597a/ modum praedicamenti actionis vel modum relationis. Secundo vero an generatio sit formaliter in supposito Patris vel in supposito Filii; et universaliter de omni /Br 272va/ actione, utrum sit in agente vel in passo. Tertio quoque inquiretur quomodo se habeat ad paternitatem generatio in  
105 divinis, an scilicet sit idem secundum rem et differens secundum rationem, vel forte sint<sup>25</sup> idem re et ratione. Quarto autem videbitur quid magis proprie constituat personam Patris, an generare vel paternitas; et utrum Pater sit Pater quia generat, aut generet quia Pater.

### Articulus Primus

110 **Opinio quorundam.** Circa primum ergo considerandum quod aliqui dicere voluerunt generare in<sup>26</sup> /Vb 289va/ divinis seu generationem active sumptam esse respectum de genere relationis, et nullo modo de genere actionis, pro eo quod omnis actio fundatur in motu secundum auctorem *Sex principiorum*. Manifestum est autem quod in divinis non est motus. Quare productiones sunt habitudines habentes modum relationis, et non modum actionis.

115 Sed hic modus dicendi falso innititur fundamento, scilicet quod nulla sit actio nisi fundata in motu. Constat enim quod illuminatio est actio corporis luminosi /Bo 185vb/ in corpus illuminabile. Sed illuminatio non fundatur in<sup>27</sup> motu, non enim lumen acquiritur per motum, sed per mutationem indivisibilem et in instanti<sup>28</sup>, secundum quod Commentator ait in VI *Physicorum*, com. 32, quod Aristoteles et omnes Peripathetici dicunt transmutationes esse quae  
120 fiunt in non tempore, et hoc manifestum est in illuminationibus et similibus. Ergo non omnis actio habet motum pro fundamento.

Et si dicatur quod illuminationem praecedit motus localis corporis luminosi, quia tales transmutationes indivisibiles sunt fines aliquorum motuum semper, nec possunt sine motu primo reperiri, ut Commentator dicit ibidem – non valet quidem, quia illuminatio actio non  
125 fundatur in motu primo, immo transivit motus, nec est in instanti illo in quo luminosum<sup>29</sup> illuminat<sup>30</sup> active /Pa 176vb/ et elicit illuminationem activam.

Praeterea, via in aliquod ens est actio, ut patet IV *Metaphysicae*, et Commentator hoc dicit /Vn 168va/ I *Caeli et mundi*, com. 1. Sed non omnis via ad ens est per motum, immo aliqua habent esse per simplicem mutationem, sicut formae substantiales et gratia in anima, et similiter  
130 creaturae sunt a Deo per simplicem emanationem. Ergo non est verum quod omnis actio sit fundata in motu.

Nec valet si dicatur quod Commentator ibi dicit de Aristotele quod intendebat per “motus corporum” vias ducentes ad generationes istorum; non valet inquam, quia magis per hoc habetur intentum, non enim exponeret motus per vias nisi quia in plus se habet via ad ens quam motus.

135 Praeterea, X *Ethicorum* dicit Philosophus quod visio et auditio perficiuntur in instanti. Sed /X 597b/ visio et auditio sunt passionem sensuum et actiones sensibilium, ut patet<sup>31</sup> in II *De*

<sup>24</sup> et] quod Bo Br Pa Vn

<sup>25</sup> sint] sit Br

<sup>26</sup> in *iter.* Vb

<sup>27</sup> in] aliquo *add.* Vn

<sup>28</sup> instanti *lac.* Vn

<sup>29</sup> luminosum] illuminosum Bo

<sup>30</sup> illuminat] luminat Pa

<sup>31</sup> patet *om.* Pa

*anima*. Ergo non omnes actiones et passiones fiunt in tempore, et per consequens non sunt cum motu.

140 Praeterea, intellectus agens dicitur vere agere, et non metaphorice tantum, ut Commentator dicit in<sup>32</sup> III *De anima*, com. 18; deducit enim<sup>33</sup> Theophrastum et Themistium ad hoc inconueniens quod intellecta non erunt vere facta<sup>34</sup>, si intellectus agens et patiens, et intellectus in habitu, est aeternus. Sed actio intellectus agentis non est cum motu et tempore, quia species intelligibiles non acquiruntur per motum, ut patet VII *Physicorum*. Igitur id quod prius.

145 Secundum hoc ergo ex isto motivo negari<sup>35</sup> non potest quin generatio in divinis habeat modum praedicamenti actionis, ex quo per eam vere Pater generat et producit, et Filius generatur, sine /Br 272vb/ motu et tempore, sicut et creatio vere est actio, ut dicitur in secundo<sup>36</sup>.

150 Nec procedit motivum, auctor enim *Sex principiorum*, cum ait omnem actionem in motu fundari, loquitur vel<sup>37</sup> secundum vulgum vel secundum opinionem aliorum; /Vb 289vb/ vel loquitur de actione et passione corporum naturalium, de qua tractat Philosophus I *De generatione* – et haec videtur sua intentio, quia ibidem remittit ad ea quae tractata sunt de agere et pati in illo libro, de tali autem actione et passione quae fit per contactum et per qualitates activas et passivas, nullum dubium est quin fiat cum motu; vel potest dici quod auctor *Sex principiorum* non est tenendus in omnibus.

155 **Opinio Scoti, libro IV, d. 13**<sup>38</sup>. Propterea dixerunt alii quod productiones in divinis habent modum respectivum de genere relationis, non de genere actionis. Dixerunt enim quod inter agens et patiens possunt tres habitudines considerari. Prima quidem agentis ad terminum formalem, ut calefacientis ad calorem, et hic respectus est de genere relationis<sup>39</sup>, non actionis. 160 Secunda vero agentis ad compositum, utpote calefacientis ad calefactum totum, et adhuc iste est de genere relationis, non actionis. Tertia vero agentis ad passum, materiam, vel<sup>40</sup> subiectum, et ille est<sup>41</sup> de genere actionis. Et quia in divinis non est iste respectus (non enim Pater per actionem suam agit in essentiam, tamquam in materiam vel substratum, quoniam in divinis non est ratio quasi materiae vel substrati, cum sonet<sup>42</sup> in imperfectionem), sed est ibi tantum 165 respectus primus, agentis scilicet ad formalem terminum, et secundus similiter, videlicet agentis ad totum constitutum, idcirco generare in divinis non habet modum praedicamenti actionis, sed tantum relationis.

170 Quod autem solus ille respectus, qui est agentis ad passum vel susceptivum, sit de genere actionis, patet ex multis. Ait enim auctor *Sex principiorum* quod actio est secundum quam in id quod subiicitur agere dicimur. Sed in hac definitione non exprimitur respectus alius, nisi ille qui est ad passum et subiectum. Ergo solus iste<sup>43</sup> respectus constituit praedicamentum actionis. /X 598a/

175 Praeterea, illud quod non<sup>44</sup> de necessitate exigit actio, non pertinet ad rationem ipsius. Sed auctor *Sex principiorum* dicit quod actio non exigit quid agat, sed in<sup>45</sup> quid agat, ex quo patet quod<sup>46</sup> non requirit respectum illum qui est ad formalem terminum vel ad<sup>47</sup> compositum, quia tunc exigeret quid ageret, sed semper exigit respectum ad subiectum in quod agat. Ergo

<sup>32</sup> in om. Pa

<sup>33</sup> enim om. Vn

<sup>34</sup> vere facta lac. Vn

<sup>35</sup> negari] ipso dici Vn

<sup>36</sup> sicut et . . . secundo] vere est actio, ut in secundo ostendetur Br

<sup>37</sup> vel om. Br

<sup>38</sup> libro IV . . . 13 lac. Vn

<sup>39</sup> relationis] et add. Pa

<sup>40</sup> vel] ad Pa

<sup>41</sup> est iter. Br

<sup>42</sup> sonet] sonat Br

<sup>43</sup> iste om. Pa

<sup>44</sup> non] est add. Pa

<sup>45</sup> in iter. Br

<sup>46</sup> quod om. Vb

<sup>47</sup> ad om. Bo

respectus ad passum est pertinens **/Bo 186ra/** ad praedicamentum actionis, et non ille qui est ad compositum vel terminum formalem.

Praeterea, Philosophus in *Praedicamentis* agit de facere et pati exempla ponendo de eis. Sed  
 180 omnia exempla illa expriment habitudinem agentis ad passum, et nullam exprimit habitudinem  
 agentis ad compositum vel terminum formalem, sicut patet quod calefacere est ad id quod  
 calefit, et illuminare<sup>48</sup> ad id quod illuminatur. Non enim bene diceretur quod<sup>49</sup> calefaciens  
 calefaciat ignem, sed aquam vel aliud calefactibile; similiter etiam de sole, non dicitur quod  
 illuminet<sup>50</sup> lumen, sed aerem vel aliud illuminabile. Ergo respectus actionis non est ad terminum  
 185 formalem, sed ad susceptivum vel ad<sup>51</sup> passum.

Praeterea, actio et passio expriment respectus mutuos et cooppositos, sed passio est proprie  
 respectus passi ad **/Br 273ra/** agens, non termini vel compositi, non enim dicitur quod  
 compositum vel formalis terminus ab agente patitur, sed quod passum patitur ab agente. Ergo  
**/Vb 290ra/** respectus pertinens ad praedicamentum actionis est inter agens et passum, non inter  
 190 agens et compositum vel terminum formalem.

Praeterea, respectus de genere actionis vel passionis sunt advenientes extrinsecus, illi vero de  
 genere relationis sunt intrinsecus advenientes. Est autem haec differentia respectuum  
 advenientium extrinsecus et intrinsecus, quod advenientes **/Vn 168vb/** intrinsecus oriuntur de  
 necessitate positis fundamentis, sicut patet de similitudine quae, positis duobus albis, de  
 195 necessitate consurgit; advenientes vero extrinsecus non<sup>52</sup> oriuntur statim positis fundamentis,  
 sicut patet de ubi, posita namque cathedra et posito doctore, non statim de necessitate ponitur  
 doctor in cathedra, et ita est de omni ubi, non enim statim oritur posito locabili et locato. Sed  
 nunc est ita quod respectus ille, qui est inter agens et terminum vel inter agens et compositum,  
 oritur de necessitate posito agente, termino, et composito **/Pa 177ra/**: non enim potest esse in  
 200 actu terminus vel compositum quin referatur ad agens, et e converso sub habitudinibus  
 producentis et producti. Respectus<sup>53</sup> vero agentis ad susceptibile, non statim oritur posito  
 susceptibili et agente, quinimmo potest calefactibile esse alicubi, et ignis alibi, ita quod non erit  
 actio ignis in<sup>54</sup> calefactibile, nec oriatur respectus in actu<sup>55</sup> agentis ad passum. Ergo solus iste  
 respectus spectat ad praedicamentum actionis tamquam extrinsecus adveniens; alii vero non<sup>56</sup>,  
 205 cum sint intrinsecus advenientes. **/X 598b/**

**Quid dicendum secundum veritatem: et primo quod respectus originis qui est inter agens  
 et terminum formalem, est<sup>57</sup> directe pertinens et constituens praedicamentum actionis,  
 sicut<sup>58</sup> origo termini ab agente vere constituit praedicamentum passionis, contra  
 210 opinionem praemissam.** Restat igitur nunc dicere quod videtur sub triplici propositione.

Prima quidem, quod respectus originis sive qui est origo vere constituit praedicamenta  
 actionis et passionis: origo namque qua terminus originatur est passio, illa vero qua agens  
 originat terminum dicitur actio.

Ad cuius evidentiam considerandum est quod inter producens et productum terminum  
 215 possunt distinguere duo respectus: unus quidem qui est origo, quia terminus vere oritur ab agente,  
 utpote Sortes a Platone; et alius qui origo non est, sed eam consequens, utpote filiatio, non enim  
 filiatio est origo Sortis, sed sequitur eam<sup>59</sup>. Similiter etiam ex parte producentis est respectus  
 quo terminum originat, qui non est aliud quam originare, et est respectus qui consequitur, sicut  
 paternitas. Positores ergo opinionis praemissae, imaginantes quod inter agens et terminum non  
 220 esset<sup>60</sup> respectus ille qui est origo, sed tantum ille qui est quasi paternitas aut habitudo originem

<sup>48</sup> illuminare] illuminatio Bo

<sup>49</sup> quod] quid Vn

<sup>50</sup> illuminet] illuminat Pa

<sup>51</sup> ad om. Bo

<sup>52</sup> non om. Pa

<sup>53</sup> Respectus] respectu Pa

<sup>54</sup> in] ut Pa

<sup>55</sup> oriatur respectus in actu] causatur (?) respectus Br

<sup>56</sup> non om. Pa

<sup>57</sup> est] et Vn

<sup>58</sup> pertinens et . . . sicut] constituens praedicamentum actionis, sed Br

<sup>59</sup> eam] eum Br Pa

<sup>60</sup> esset] est Br

consequens, moti sunt ad dicendum quod nullus respectus interveniens<sup>61</sup> inter agens et terminum sit de genere actionis, sed ille qui intervenit inter agens et passum. Hoc autem verum non<sup>62</sup> est, immo inter agens et passum<sup>63</sup> non est nisi iste respectus originis qui est inter agens **/Br 273rb/** et terminum, nec etiam inter agens<sup>64</sup> et totum compositum; est enim sic<sup>65</sup> 225 concipiendum quod formalis terminus est id quo dicitur totum **/Vb 290rb/** compositum originari ab agente, et est id quo passum dicitur actuari et attingi ab agente, ut sic origo formalis termini sit ille respectus attingentiae passi ab agente et attingentiae totius compositi ab eodem.

Quod igitur huiusmodi origo termini ab agente sit passio, et e converso, productio qua agens terminum<sup>66</sup> originat sit<sup>67</sup> actio, patere potest ex multis. Per nullum enim respectum de genere 230 relationis capit esse terminus illius respectus, sicut patet discurrendo in primo modo relativorum, qui est modo unius et modo numeri: non enim duplum ponit in esse subduplum, nec similitudo ponit in esse albedinem ad quam terminatur, sicut nec illam in qua fundatur. In tertio etiam modo relativorum mensura non ponit in esse mensuratum, alioquin **/Bo 186rb/** albedo produceret omnes colores, et diesis omnes sonos; et quamvis inveniantur aliqua 235 mensurantia<sup>68</sup> quae ponunt mensurata in esse, ut scibile scientiam et Deus creaturam, nihilominus respectus mensurationis non est ille quo formaliter ponunt. Idem etiam patet quoad secundum modum, non enim paternitas ponit filium in esse, nec filiatio patrem. Sed manifestum est quod origo est id quo originatus terminus capit esse. Ergo huiusmodi respectus non pertinet ad genus relationis, immo ad actionem.

240 Praeterea, Simplicius dicit super *Praedicamenta* in capitulo de facere et pati, quod aliqui, veritati contradicentes, voluerunt contra Aristotelem **/X 599a/** dicere quod facere et pati non sint propria<sup>69</sup> quaedam praedicamenta, sed contineantur sub ad<sup>70</sup> aliquid et relatione. Et subdit arguens contra eos quod non recte dicunt, non enim consistit esse eorum in habitu sine ad invicem, sicut dextrum et sinistrum in habitu sine sola subsistunt, sed in esse factum aliquid ab 245 ipsis, ex quo patet quod actio non est proprie habitudo, sed est id quo aliquid dicitur esse factum<sup>71</sup>. Sed manifestum est quod per originem<sup>72</sup> formalis termini habet totum compositum quod sit<sup>73</sup> factum et originatum. Ergo origo termini non pertinet ad genus relationis, sicut fingit praemissa opinio, immo veraciter ad genus actionis et passionis.

Praeterea, nullus respectus qui se habet ad terminum quasi via in ipsum est de genere 250 relationis, sed magis de genere<sup>74</sup> actionis vel passionis. Philosophus enim IV *Metaphysicae*, et Commentator ibidem, com. 2, enumerantes praedicamenta, dicunt quod quoddam est ens per se existens, videlicet substantia, et quoddam, quia<sup>75</sup> est<sup>76</sup> via in ens, et quoddam, quia est relatio vel habitudo entis. Unde patet quod aliud praedicamentum est relatio, et aliud via in ens. Sed manifestum est quod origo est via ac processus ad esse termini originati. Ergo huiusmodi origo 255 non est relatio, sed pertinet ad genus actionis.

Praeterea, respectus agentis ad passum est de genere actionis secundum sic ponentem. Sed nullus **/Vn 169ra/** respectus est inter agens et passum nisi ille quo agens terminum attingit, qui quidem est origo. Et hoc patet ex multis.

260 Primo quidem, quia VII *Metaphysicae*, com. 31, Commentator<sup>77</sup> dicit quod actio agentis non pendet a subiecto, nec exigit ipsum, nisi secundum quod pendet a forma. Et subdit quod actio agentis pendet a<sup>78</sup> subiecto propter hoc quod pendet a forma.

<sup>61</sup> interveniens] adveniens Bo; ] veniens Br

<sup>62</sup> non om. Br Pa Vb Vn

<sup>63</sup> Hoc autem . . . passum om. Vn

<sup>64</sup> agens] agere Br

<sup>65</sup> sic om. Pa

<sup>66</sup> terminum] terminat Vn

<sup>67</sup> sit] vere add. Bo

<sup>68</sup> mensurantia] significantia Br

<sup>69</sup> propria] proprie Br

<sup>70</sup> ad om. Vn

<sup>71</sup> sed est . . . factum] sed id quo aliquid dicitur factum Pa

<sup>72</sup> originem] origines (?) Vb

<sup>73</sup> sit] fit Pa

<sup>74</sup> relationis sed . . . genere om. Bo; relationis, sed magis mg. Bo

<sup>75</sup> quia om. Pa

<sup>76</sup> est] sunt Bo

<sup>77</sup> Commentator om. Pa

Secundo vero, quia **/Br 273va/** respectus non acquiritur nisi per aliquod absolutum; respectus ergo ille quo agens attingit passum, cum non acquiritur per hoc quod aliquid absolutum fit<sup>79</sup> in agente, necesse est quod acquiritur ex hoc quod **/Vb 290va/** in passo fit vel  
 265 oritur aliquid absolutum. Non fit autem aliud<sup>80</sup> absolutum ab agente in passo nisi formalis terminus. Igitur factio vel origo termini est id quo agens attingit passum.

Tertio quoque, quia respectus agentis ad<sup>81</sup> passum vel intelligitur esse quidam innixus, vel unio situialis amborum (qui est contactus), vel unio virtualis, vel impressio termini formalis in ipsum. Primum non potest dari<sup>82</sup>, quia phantasticum est imaginari talem<sup>83</sup> innixum, cum non  
 270 appareat debilitas **/Pa 177rb/** in agente; nec secundum, quia localis unio vel contactus non est actio, sed relatio; nec tertium, quia unio unitatum, si sit habitualis, non est actio, si vero sit<sup>84</sup> actualis, oportet quod aliquis actus profluat ab agente in passum. Relinquitur ergo quod detur<sup>85</sup> quartum, videlicet quod attingentia secundum quam agens attingit passum non sit aliud quam impressio formae quae acquiritur in passum. Unde non est aliud agens in passum agere quam  
 275 agens passum formare et actuare. Ergo nullus respectus proprie pertinet ad actionem nisi origo formalis termini ab agente in passum. **/X 599b/**

Praeterea, respectus ille qui non oritur de necessitate positus terminis, non pertinet ad genus relationis. Sed origo termini, vel profluxus agentis quo prorumpit in terminum, non oritur posito fundamento et termino. Quod apparet tum quia ponit et causat terminum, et per consequens non  
 280 oritur ex ipso, tum quia non intelligitur origo ut sequens terminum, sed ut praecedens et via. Ergo non spectat ad praedicamentum relationis.

Praeterea, respectus de praedicamento relationis manet per necessitatem ad permanentiam extremorum: existentibus enim duobus albis semper, et de necessitate existit similitudo et conformitas inter illa. Sed manifestum est quod, manente agente et termino, non semper manet  
 285 origo termini ab agente, nec agere ipsius agentis in terminum; alioquin Sortes filius semper generaretur<sup>86</sup> a Platone patre suo. Ergo huiusmodi respectus non sunt de praedicamento relationis.

Praeterea, relatio non fundat relationem. Sed V *Metaphysicae* dicit Philosophus quod relationes producentis et producti fundantur super agere vel egisse. Et manifestum est quod  
 290 relatio producti fundatur<sup>87</sup> super originari termini, et relatio producentis super originare. Ergo originare et originari non pertinent ad praedicamentum relationis. **/Bo 186va/**

Praeterea, illud respicit respectus actionis pro termino, quod agens per actionem attingit. Sed manifestum est quod agens attingit compositum, attingit<sup>88</sup> passum, et attingit formalem terminum. Dicimus<sup>89</sup> enim quod agens facit compositum et agit; similiter etiam quod agit  
 295 formam et quod agit in passum, agit autem compositum ratione formae<sup>90</sup>, et agit in passum propter formam quam inducit. Ergo respectus de genere actionis est inter agens et terminum, nec est alius ab illo qui est inter agens et passum.

Et si dicatur quod<sup>91</sup> agens agit terminum, sed non in terminum, non agit autem<sup>92</sup> passum, sed in passum, haec autem est habitudo patientis, ut in ipsum agatur, et habitudo agentis, ut agat in  
 300 aliquid, non ut aliquid<sup>93</sup> agat – non valet quidem, quia procedit hoc ex falsa imaginatione, quasi agens faciat formam in materia, velut receptum in recipiente, non facit autem in **/Br 273vb/** materia formam quasi aliud in alio, sed ex materia facit formatum, **/Vb 290vb/** ut Commentator

<sup>78</sup> a] ex Br Pa Vb Vn

<sup>79</sup> fit] sit Bo

<sup>80</sup> aliud] aliquid Pa Vn

<sup>81</sup> ad] in Br Pa Vb Vn

<sup>82</sup> dari] dici Br

<sup>83</sup> talem] similem Br

<sup>84</sup> sit *om.* Vb

<sup>85</sup> detur] in *add.* Br

<sup>86</sup> generaretur] generetur Pa

<sup>87</sup> fundatur] fundant Pa

<sup>88</sup> compositum attingit *om.* Bo

<sup>89</sup> Dicimus] dicamus Pa

<sup>90</sup> et agit similiter . . . formae *om.* Bo

<sup>91</sup> Dicatur quod *om.* Pa

<sup>92</sup> autem *om.* Br; ] ad *add.* Vb; ] ad Vn

<sup>93</sup> aliquid non ut aliquid] aliud non ut aliud Br

dicit VI *Metaphysicae*, com. 26. Unde compositum fit quod est res praecisa et in actu, forma vero non fit, cum non sit nisi finis complementum, et actus ac modus essentialis materiae; per  
 305 accidens tamen fit tam forma quam materia, ut apparet in VII, et hinc est quod proprie dici potest quod agens agit compositum primo, ex consequenti autem agit materiam et formam, non formam in materia. Et ita agens<sup>94</sup> non respicit materiam tamquam id in quod agat<sup>95</sup> secundum mentem Philosophi, sed magis tamquam illud quod agit<sup>96</sup>. Sed quia primo aspectu videtur materia quasi quoddam receptivum, in quo fiat forma, nec est omnino<sup>97</sup> videre quod totum fiat,  
 310 idcirco obtinuit imaginatio quod actio passum respiciat sub habitudine receptivi in quod agens agat, et non sub habitudine termini quem agat. Unde et auctor *Sex principiorum*, secundum vulgarem apprehensionem actionem definiens, dixit quod est actio secundum quam /X 600a/ in id quod subiicitur agere dicimur.

Praeterea, actio et passio sunt respectus mutui et oppositi; illud ergo<sup>98</sup> respicit actio pro  
 315 termino, quod passio pro subiecto. Sed constat quod formalis terminus et compositum dicuntur agi passive, et etiam subiectum, ut dictum est. Ergo agens per actionem respicit formalem terminum et compositum.

Et si dicatur quod immo solum subiectum dicitur pati ab actione, forma vero vel compositum non patiuntur – siquidem hoc non valet, nam nomen passionis<sup>99</sup> potest multa significare. ‘Pati’  
 320 namque aliquando est idem quod ‘agi’ vel ‘fieri’, et sic directe opponitur<sup>100</sup> actioni: /Vn 169rb/ ‘agere’ enim et ‘agi’, ‘facere’ et ‘fieri’<sup>101</sup>, ‘producere’ et ‘produci’ nominant duo praedicamenta; et secundum hoc ‘pati’ acceptum pro ‘fieri’ vel ‘agi’ non competit soli materiae, immo composito et formae. Aliquando<sup>102</sup> vero<sup>103</sup> sumitur<sup>104</sup> pro afflictione illius a quo abiicitur aliqua perfectio naturalis, eo modo quo agere<sup>105</sup> dicitur pati, et inde translatum est ad omne illud a quo  
 325 abiicitur aliquid naturale, et ob hoc materia dicitur pati, et non forma, in quantum est principium abiiectionis omnium naturalium dispositionum; unde Commentator in<sup>106</sup> III *De anima*, com. 27, dicit quod materia non est causa passionis simpliciter, sed transmutabilis receptionis. ‘Pati’ autem sic acceptum non opponitur praedicamento actionis directe, sed in quantum accipitur primo modo pro ‘fieri’ vel ‘agi’.

330 Nec motiva opinionis praemissae procedunt.

Primum siquidem non, quia melius definiretur actio dicendo quod<sup>107</sup> secundum eam id quod subiicitur agere dicimus, vel id quod obiicitur seu agitur, quam dicendo in id quod subiicitur, propter<sup>108</sup> rationem iam tactam.<sup>109</sup> Sed quia in actionibus corruptivis non videtur aliquid fieri, sed magis destrui, ut patet in combustione domus, idcirco vulgariter videtur quod actio non  
 335 semper exigit actum quod agat, sed semper passum in quod agat<sup>110</sup>. Hoc autem verum non est, quia agens non est privans nec inveniens negationes per se, sed per accidens, utpote quia invenit vel extrahit aliquam affirmationem, ut Commentator dicit XII *Metaphysicae*, com. 18. Secundum hoc ergo definit auctor *Sex principiorum* actionem per<sup>111</sup> passum, et ait quod non exigit actio /Br 274ra/ semper quod agat, sed in quid agat, attendens ad imaginationem  
 340 vulgarem. Et per hoc patet /Vb 291ra/ ad secundum.

Non valet etiam tertium, quoniam nomina significantia actionem possunt referri ad passum, compositum, et formam. Unde dici potest quod lumen accenditur vel illuminatur, et quod

<sup>94</sup> agens *om.* Pa

<sup>95</sup> agat] agit Br

<sup>96</sup> agit] agat Pa

<sup>97</sup> omnino] omnium Bo Br Pa Vn Vb

<sup>98</sup> ergo] autem Br

<sup>99</sup> passionis] patientis Pa

<sup>100</sup> opponitur] oppositum Pa

<sup>101</sup> fieri] faci Bo

<sup>102</sup> Aliquando] alioquin Pa

<sup>103</sup> vero] enim Bo

<sup>104</sup> sumitur] sumatur Pa

<sup>105</sup> agere] egit Bo Br Pa Vb Vn

<sup>106</sup> in *om.* Br

<sup>107</sup> quod *om.* Pa

<sup>108</sup> propter] secundum Br

<sup>109</sup> Cf. supra, praecipue ll. 307-22.

<sup>110</sup> in quod agat *om.* Pa

<sup>111</sup> per] et Br



luminosum illuminatur et quod aer illuminatur; et similiter active quod aliquis accendit<sup>112</sup> /Pa 177va/ lumen vel illuminat, et sic de aliis; nec est aliqua repugnantia, nisi forte ex usu.

345 Non valet etiam quartum, quia non solum materia dicitur pati ab agente (quod quidem pati non est aliud quam fieri passive ab eodem), immo et forma et compositum dicuntur passive fieri et agi, ut dictum est.

Non valet etiam quintum, immo magis est ad oppositum, /Bo 186vb/ quamvis illud solum a ponentibus premissam opinionem inducatur. Non valet quidem pro eo quod respectus qui est origo termini, non oritur necessario positus extremis, nec illis manentibus manet, et per consequens non est intrinsecus adveniens nec pertinens ad genus relationis. /X 600b/

**Quod actio et passio sunt praedicamenta realia, et inter se realiter distincta, contra id quod opinatur Thomas, parte prima.** Secunda vero propositio est quod actio et passio, secundum suas rationes formales sunt vere res extra intellectum existentes, differentes quidem realiter inter se et ab agente et passo. Quod enim ab agente et passo realiter distinguantur apparet, quoniam idem non potest a se<sup>113</sup> realiter separari, illud igitur quo transeunte realiter<sup>114</sup> aliud realiter manet, non est idem realiter cum alio quod sic manet. Sed manifestum est quod posita tota realitate absoluta<sup>115</sup> agentis et tota realitate absoluta producti, non manet inter ea<sup>116</sup> respectus actionis et passionis, nec origo actualis producti a producente. Licet enim maneant<sup>117</sup> ignis generans et ignis genitus, non tamen manet generare unius et generari alterius, alioquin candela accensa ab alia, quocumque ferretur semper accenderetur ab ea, et alia semper accenderet, et esset lumen in continuo oriri, quod nullo modo verum est. Ergo non potest poni quod origo ignis ab igne non sit aliud realiter ab utroque; alias utroque manente, de necessitate maneret origo unius ab altero, quod dici<sup>118</sup> non potest.

Praeterea, impossibile est rem aliquam<sup>119</sup> in ordine causalitatis effectivae dependere a se ipsa. Licet enim in causalitate formali possit idem realiter esse causa et effectus, sicut supra dictum est de esse et essentia, de lucere et luce, et<sup>120</sup> florere ac flore, impossibile tamen est in ordine causalitatis activae quod idem sit sui ipsius causa. Nulla enim res est quae se ipsam gignat ut sit, secundum Augustinum I *De trinitate*, cap. 1; nec aliqua res se ipsam conducit in esse, aut exit de potentia in actum per se, secundum Commentatorem, XI *Metaphysicae*, com. 38, cuius ratio est quia dependeret a se, et esset antequam esset. Sed manifestum est quod productum in ordine causalitatis effectivae dependet ab origine sive a respectu originis, unde dependet in esse suo ab actione<sup>121</sup> et passione. Ergo impossibile est quod actio et passio sint eadem<sup>122</sup> res cum termino producto, et per consequens differrent<sup>123</sup> realiter ab ipso; et multo fortius differunt ab agente, cum actio et passio sint in eo quod agitur, et non in agente, ut inferius apparebit.

Nec valet si dicatur ad /Br 274rb/ rationem istam simul et ad praecedentem quod per eas /Vb 291rb/ probatur tantummodo quod motus differat a termino, quia per motum effective terminus capit esse, et manent agens et actum motu transeunte, quo transeunte transit et actio, quia motus et actio et passio realiter sunt idem, licet differant ratione. Unde nullus dicit quin actio et passio differant ab agente et producto ratione motus, sed quod a motu differant non apparet, et ita secundum suas formales rationes non sunt res, sed tantum entia<sup>124</sup> rationis. Siquidem hoc non valet, tum quia probatum est supra<sup>125</sup> quod actio et passio abstrahunt a /Vn 169va/ motu in illuminatione et acquisitione omnis formae indivisibilis, et per consequens ibi

<sup>112</sup> accendit] accendat Br

<sup>113</sup> se *om.* Pa

<sup>114</sup> realiter *om.* Br

<sup>115</sup> absoluta *om.* Pa

<sup>116</sup> ea] eas Br

<sup>117</sup> maneant] permaneant Br

<sup>118</sup> dici] esse Br

<sup>119</sup> aliquam] rem *add.* Pa

<sup>120</sup> et *om.* Br

<sup>121</sup> origine sive . . . actione *om.* Bo

<sup>122</sup> eadem] eadem Pa

<sup>123</sup> different] differunt Pa; ] differant Br

<sup>124</sup> entia] essentia Br

<sup>125</sup> Cf. supra, ll. 120-40.

rationes istae concludunt quod actio et passio realiter differunt a forma producta et productiva, quia, /X 601a/ illis manentibus, transeunt actio et passio, et quia forma producta ab actione et passione realiter dependet in ordine causalitatis effectivae; tum etiam<sup>126</sup> quia motus distinguitur realiter ab actione et passione, et<sup>127</sup> quia manet motus, transeunte actione, sicut apparet in projectis, manet enim<sup>128</sup> motus projectorum projiciente cessante, immo eo annihilato maneret, et quia motus dependet ab actione motoris in ordine causalitatis effectivae.

Praeterea, si actio et passio non differrent a motu et non essent res verae secundum suas rationes<sup>129</sup> formales, posito motu in aliquo mobili, non posset ratio assignari quare plus esset ab uno motore quam ab alio, positus duobus motoribus et<sup>130</sup> appropinquatis ad mobile. Constat enim quod motus talis mobilis potest profluere ab alterutro<sup>131</sup> duorum moventium, et intellectus aequae potest fundare super motum respectum ad unum, sicut ad aliud, quantum est<sup>132</sup> ex natura moventium, et ex natura ipsius motus. Nisi<sup>133</sup> igitur ponatur quod motus habet aliquam connexionem plus cum uno motore quam cum alio extra omnem intellectum (utpote quia oritur ab uno et non ab alio, et quia unum agit motum, reliquum non agit), non poterit intellectus connectere motum cum suo proprio et determinato motore. Sed hoc est omnino absonum et impossibile. Ergo necesse est quod<sup>134</sup> in rerum natura /Bo 187ra/ ultra motum et motorem sit realis connexio motus ad ipsum motorem sub respectu originis motus a motore et actione motoris.

Praeterea, illud quod potest non esse per quamcumque potentiam, motu et motore eodem existente, non est idem realiter cum motore vel motu, immo realiter differt a quolibet ex quo sine contradictione potest non esse existentibus illis. Si enim esset alterum illorum realiter, et illud alterum existeret, eo non existente, sequeretur eandem rem simul esse et non esse. Sed manifestum est quod per<sup>135</sup> divinam potentiam potest manere idem motor et idem motus, non existente agere ipsius motoris nec<sup>136</sup> agi motus aut fieri a motore; approximato namque igne alicui combustibili potest Deus suspendere activitatem ignis, ne agat pro aliqua /Pa 177vb/ hora, et facere in combustibili eundem motum quem ignis<sup>137</sup> faceret in illa hora. Et secundum hoc, maneret idem motor et idem motus, remoto agere motoris et /Br 274va/ fieri motus a motore, quod tamen agere et fieri affuisset, nisi divina potentia suspendisset utrumque. Ergo necesse est quod agere motoris sit aliud a motu et motore realiter, et similiter fieri motus sit aliud a motore /Vb 291va/ et motu, ex quo est res quae suspendi potest, manente utroque.

Ex praedictis igitur patet quod non fuit vera opinio aliquorum, qui dixerunt quod actio et passio sunt<sup>138</sup> idem quod motus realiter, quamvis differant ratione, adducentes ad hoc verbum Philosophi, III *Physicorum*<sup>139</sup>, qui dicit quod actio et passio sunt idem motus, sed<sup>140</sup> quiditas earum non est eadem, sicut via ab Asia ad Athenas, et ab Athenis in Asiam; unde videtur dicere quod idem motus sit actio<sup>141</sup> in quantum est huius in hoc, scilicet motoris in mobile, sit autem passio in quantum est<sup>142</sup> huius ab hoc, scilicet mobilis a motore. Sed si bene intelligatur expresse intendit oppositum: non enim sunt actio et passio secundum suas quiditates reales, sed tantum fundamentaliter, motus, quoniam illae habitudines quae importantur per ‘huius in hoc’ et ‘huius ab hoc’ expriment realitatem formalem /X 601b/ actionis et passionis; non est enim aliud actio quam effluxus<sup>143</sup> et egressus motoris in motum, hoc enim est movere, et similiter non est

<sup>126</sup> etiam *om.* Pa

<sup>127</sup> et *om.* Br

<sup>128</sup> enim *om.* Bo

<sup>129</sup> rationes] actiones Vn

<sup>130</sup> et *om.* Br Vn

<sup>131</sup> alterutro] actu Br; altero Vn

<sup>132</sup> est *om.* Pa

<sup>133</sup> Nisi] non Pa

<sup>134</sup> quod *om.* Pa

<sup>135</sup> per *om.* Vn

<sup>136</sup> nec] ut Br; nisi (?) Vn

<sup>137</sup> ignis] ignem Br

<sup>138</sup> sunt *om.* Pa

<sup>139</sup> ad hoc . . . *Physicorum*] hoc verbum Philosophi Br

<sup>140</sup> sed] et Br

<sup>141</sup> actio *om.* Pa

<sup>142</sup> est *om.* Vn

<sup>143</sup> effluxus] fluxus Pa

aliud passio quam egressus motus ab ipso motore; isti autem egressus realiter distinguuntur a motore et motu, sicut probatum est quod Deus potest<sup>144</sup> absque ulla contradictione huiusmodi egressus tollere, manente eodem motu et motore. Unde cum possit manere quicquid importatur per definitionem motus, scilicet actus existentis in potentia, non manente eo quod per egressus  
430 huiusmodi importatur, manifeste patet quod realiter suo modo distinguuntur. Et hoc Philosophus innuit cum<sup>145</sup> dicit quod non sunt eadem quidditates eorum.

Quod autem actio et passio realiter inter se distinguantur sic patet, est enim considerandum quod actio dicit<sup>146</sup> unum in recto, et duo in obliquo. Cum enim agere non sit aliud quam agens emittere seu effundere effectum aliquem absolutum, sive ille effectus sit motus, sive forma  
435 indivisibilis (ut lux), sive forma subsistens (ut angelus vel aliqua creatura), actio dicit in recto istud<sup>147</sup> effundere vel prorumpere, in obliquo vero agens et effectum, ut sic actio sit prorumptio vel egressio agentis in effectum. Similiter etiam passio dicit unum in recto et duo in obliquo: est enim exitus vel origo effectus ab agente, et ita importat effectum et agens oblique, sed<sup>148</sup> exitum et originem formaliter et in recto. Secundum hoc ergo isti duo exitus vel egressus non sunt idem  
440 realiter, exitus<sup>149</sup> scilicet agentis in effectum, sive prorumptio, et exitus effectus ab agente, sive origo. Et secundum hoc, actio et passio formaliter distinguuntur.

Apparet autem quod egressus huiusmodi realiter<sup>150</sup> non sint idem, quaecumque enim habitudines sunt oppositae et reales, per necessitatem realiter distinguuntur; **/Vn 169vb/** notanter enim dicitur “reales”, quia si essent rationis et oppositae, distinguerentur sola ratione  
445 inter se. Additur etiam quod sint oppositae, quoniam res oppositae impossibile est quod sint eadem, sicut patet in quolibet genere oppositionis. Sed probatum est quod effluxus effectus **/Br 274vb/** ab agente est reale quid positum in rerum natura; similiter et exitus agentis et prorumptio in effectum est quid vere reale. Isti autem exitus et effluxus sunt omnino oppositi quoad ordinem terminorum<sup>151</sup>, quia unus incipit ab agente et terminatur ad effectum, utpote  
450 actio qua agens prorumpit in ipsum, alter vero incipit ab effectu et terminatur ad agens, ut videlicet exitus et origo effectus ab agente. Ergo isti **/Vb 291vb/** duo exitus realiter distinguuntur, et ita actio et passio sunt res distinctae.

Huic tamen obviare videtur: primo quidem quod secundum hoc actio et passio non erunt nisi quaedam relationes, unde non erunt res, sed quaedam<sup>152</sup> **/Bo 187rb/** habitudines et quidam modi  
455 reales; et per consequens verum dixerunt alii quod actio et passio non distinguuntur realiter inter se, nec a motu. Secundo vero, quia Philosophus dicit quod eadem est via ab agente in passum et a passo in agens, sicut et inter duo loca eundo et redeundo est eadem via; unde idem egressus videtur esse<sup>153</sup> ille per quem agens egreditur in effectum et per quem effectus egreditur ab agente, et idem intervallum intelligi debet inter agens et passum, et e converso. Et hoc est quod  
460 Commentator exponit: quod haec<sup>154</sup> est dispositio omnis quod **/X 602a/** refertur ad aliud, quod est una relatio existens inter<sup>155</sup> duo.

Sed istis non obstantibus, dicendum est sicut prius. Illa enim quae sunt unum secundum substantiam, et differentia secundum quidditatem, si quidditates illae in rerum natura sint nec factae per intellectum, de necessitate distinguuntur realiter: distingui enim per quidditates reales  
465 est re distingui. Sed III *Physicorum*, in multis locis, sed quammaxime 21 com., expresse dicit Commentator quod actio<sup>156</sup> motoris et moti est eadem secundum subiectum – quia secundum motum in quo fundantur, vel formam aliam indivisibilem in his quae acquiruntur sine motu – sunt autem differentia secundum quidditatem et definitionem. Igitur realiter distinguuntur et a motu et inter se.

<sup>144</sup> potest *om.* Vn

<sup>145</sup> cum] enim Br

<sup>146</sup> dicit] dicitur Bo

<sup>147</sup> istud] est *add.* Vn

<sup>148</sup> sed] secundum Pa

<sup>149</sup> exitus *om.* Pa

<sup>150</sup> realiter *om.* Br Pa Vb Vn

<sup>151</sup> quoad ordinem terminorum *om.* Bo

<sup>152</sup> quaedam] in *add.* Pa

<sup>153</sup> esse *om.* Pa

<sup>154</sup> haec *om.* Br

<sup>155</sup> inter] in Pa

<sup>156</sup> actio] passio Pa

470 Nec procedunt instantiae. Prima siquidem non, quoniam huiusmodi egressus non sunt res  
absolutae, quia<sup>157</sup> nec intelligi possunt sine duobus extremis, videlicet sine agente et aliquo  
absoluto causato<sup>158</sup>; nec tamen sunt relationes, egressus enim non est habitudo, cum non referat  
ad terminum, sed causet ipsum, propter quod non spectat ad genus relationis, est enim commune  
475 septem praedicamentis non-absolutis quod intelligantur inter duo extrema per modum cuiusdam  
intervalli<sup>159</sup>, et ideo appellantur formae adiacentes vel circumstantiae; nec est hoc proprium  
relationibus, talium enim intervallorum et formarum interiacentium quaedam referunt ut  
habitudines et relationes, quaedam vero originant et causant, sicut actiones et passiones,  
quaedam vero sunt<sup>160</sup> continentiae et mensurae, sicut ubi et quando. Sic igitur actio et passio  
inter se et a motu realiter distinguuntur, non sicut res absolutae, sed sicut quaedam  
480 circumstantiae et realia intervalla; nec sunt **/Pa 178ra/** relationes<sup>161</sup> aut habitudines, licet  
aliquando sic nominentur, quia sunt formae non-absolutae.

Secunda etiam non **/Br 275ra/** procedit, quia Philosophus loquitur de via sive spatio  
absoluto<sup>162</sup> quod est inter duo loca, illud enim idem est inter superius et inferius, et e converso;  
sed si accipiatur via non-absoluta per modum cuiusdam intervalli, variabitur via<sup>163</sup>, ut  
485 Commentator exponit III *Physicorum*, com. 18: A superiori enim ad inferius dicitur descensus,  
ab inferiori vero ad superius ascensus<sup>164</sup>. Unde dicit Commentator quod ascensus et descensus  
sunt idem secundum subiectum, sed definitio non est<sup>165</sup> eadem. Et sic est de motore et moto,  
quoniam actio facta inter illa est eadem, sed in respectu unius dicitur movere et in respectu  
alterius moveri, et sunt valde opposita. Sic igitur intervallum quod incipit ab agente et  
490 terminatur ad actum **/Vb 292ra/** vel factum, non est idem cum intervallo quod incipit ab effectu  
et terminatur ad agens, immo sunt valde oppositi<sup>166</sup>, ut dicit Commentator, licet motus vel aliud  
absolutum acquisitum per agere et agi<sup>167</sup> sit<sup>168</sup> idem.

Quod vero additur de dicto Commentatoris, dicendum quod intelligit de intervallo quod est  
inter duos terminos secundum eundem ordinem, sicut inter patrem et filium eadem est relatio,  
495 videlicet paternitas; non intelligit autem, si ordo in oppositum immutetur, a filio videlicet in  
patrem, quia tunc erit filiatio. Et similiter in proposito, egressus agentis attingit ad effectum,  
alias esset abscisus et non esset una continuatio<sup>169</sup> ex hoc **/X 602b/** in hoc, ut dicit  
Commentator, in com. 20<sup>170</sup>, et est etiam unus alius egressus continuus ab effectu usque ad  
agens; oportet autem hos egressus duos esse et differentes secundum duo egredientia, quia per  
500 unum formaliter agens egreditur in effectum, et hic est actio, sed per<sup>171</sup> alium, qui est passio,  
effectus oritur ab agente.

**Quod generare et generari in divinis habent modum actionum et passionum, et non  
modum habitudinum sive<sup>172</sup> relationum, contra primam et secundam opiniones<sup>173</sup>.** Tertia  
505 quoque propositio est quod generare et generari<sup>174</sup> **/Vn 170ra/**, spirare et spirari habent modum  
actionum et passionum, et non habitudinum de genere relationis. Huic tamen obviare videtur  
quod communiter dicitur in divinis non salvari modum nisi duorum praedicamentorum,  
substantiae scilicet<sup>175</sup> et relationis, et habet ortum ex dictis Augustini, V *De trinitate*, cap. 6, et

<sup>157</sup> quia *om.* Bo

<sup>158</sup> causato] creato Vn

<sup>159</sup> intervalli *om.* Vn

<sup>160</sup> sunt *om.* Br Pa Vn Vb

<sup>161</sup> relationes *om.* Pa

<sup>162</sup> absoluto *om.* Pa

<sup>163</sup> non absoluta . . . via *om.* Bo

<sup>164</sup> ab inferiori . . . ascensus] ab inferiori ad superius dicitur ascensus Br

<sup>165</sup> est *om.* Pa

<sup>166</sup> oppositi] opposita Br

<sup>167</sup> agi] pati Pa

<sup>168</sup> sit] sint Bo

<sup>169</sup> continuatio] continua actio Bo

<sup>170</sup> in com. 20] 20 com. Vb

<sup>171</sup> per] secundum Vn

<sup>172</sup> sive] vel Vb

<sup>173</sup> opiniones] opinionem Vn

<sup>174</sup> generari] et *add.* Br

<sup>175</sup> scilicet *om.* Bo

Boethii, libro suo *De trinitate*. Sed generare et generari vere sunt in divinis, ergo habebunt  
 510 modum praedicamenti relationis vel, si habuerunt modum actionis et passionis, salvabuntur  
 rationes quatuor praedicamentorum in Deo<sup>176</sup>, videlicet substantiae, relationis, actionis, et  
 passionis.

Praeterea, passio videtur sonare habitudinem **/Bo 187va/** recipientis, sive enim sit passio  
 abiectiva<sup>177</sup> sive perfectiva et salvativa, semper recipiens dicitur pati. Unde recipere, aut  
 515 habitudo in quo aliud est vel recipitur, videtur constituere praedicamentum passionis. Sed  
 dictum est supra quod nihil est in divinis receptum. Ergo nec praedicamentum passionis nec  
 modus ipsius poni habet<sup>178</sup> in Deo.

Praeterea, si generare et generari haberent modum alicuius praedicamenti, sive relationis,  
 sive actionis vel passionis, posset abstrahi ille communis modus, et per consequens esset aliquid  
 520 commune eiusdem rationis Deo et creaturae. Sed dictum est supra<sup>179</sup> quod nullus talis  
 communis<sup>180</sup> conceptus, qui dicat determinatam aliquam rationem, formabilis est de Deo et  
 creaturis. Igitur generare et generari non habent modum alicuius praedicamenti.

Sed istis non obstantibus, **/Br 275rb/** dicendum est quod habent modum actionum et  
 passionum, et non relationum. Quod ex praecedentibus satis patet, tum quia per generare et  
 525 generari vere capit Filius suam realitatem, quod non competit<sup>181</sup> habitudinibus de genere  
 relationis; tum quia generari est vera origo, origo autem non habet modum relationis, sed  
 passionis; tum quia generare est quoddam originare et quidam egressus realis, quo Pater  
 prorumpit in Filium, et similiter generari est quidam exitus, quo Filius egreditur a Patre, sicut  
 ipse testatur Iohanne 16 quod exivit a Patre, et venit in mundum. Ostensum est autem quod haec  
 530 nullo modo conveniunt praedicamento relationis, sed actionis et passionis. Ergo modum habent  
 actionum et passionum potius quam relationum. Unde et consuetum est quod dicitur activa  
 generatio et passiva, et similiter de spiratione, **/Vb 292rb/** quod est activa et passiva, et  
 quammaxime hoc dicere habuerunt, qui posuerunt generare elicited in divinis, et potentiam  
 generandi esse productivam. Unde non apparet quod absque repugnantia potuerunt ponere duo  
 535 ista, scilicet quod generare sit relatio et non habeat **/X 603a/** modum actionis, et tamen quod  
 generandi potentia sit vere productiva, et non entitativa tantum, ut superius dictum fuit.<sup>182</sup> Cum  
 hoc etiam quod non sit productiva potentia, nec generare sit elicited, oportet dici quod habeat  
 modum actionis, non tamen elicited, pro eo quod est<sup>183</sup> positiva et originativa Filii, nec est  
 solum habitudo ad ipsum.

540 Non procedunt autem instantiae. Prima siquidem non, quia per ad<sup>184</sup> aliquid intelligit  
 Augustinus omnem formam quae non est ad se et absoluta, hoc autem commune est  
 relationibus, et actionibus ac<sup>185</sup> passionibus; et secundum hoc verum est quod quicquid  
 praedicatur in Deo<sup>186</sup> significat substantiam vel ad aliquid, non quidem relationem proprie  
 dictam, sed quod non est ad se, sive sit actio et passio (ut generare et generari) sive relatio (ut  
 545 filiatio et paternitas).

Nec etiam valet secunda, quia non est verum quod recipere constituat praedicamentum  
 passionis, ut<sup>187</sup> patet per Commentatorem, V *Physicorum*, com. 9, cuius verba sunt quod  
 ponentes receptionem esse<sup>188</sup> praedicamentum passionis<sup>189</sup> non bene fecerunt, quoniam receptio  
 est potentia ad rem, potentia vero ad aliquam rem est de genere illius rei. Unde quia materia vel  
 550 subiectum non aliter patitur ab agente nec attingitur nisi quia totum compositum fit<sup>190</sup> et agitur,

<sup>176</sup> in Deo *om.* Br

<sup>177</sup> abiectiva] ablativa Br

<sup>178</sup> habet] potest Vn

<sup>179</sup> Cf. *Scriptum*, d. 8, q. 3.

<sup>180</sup> communis *om.* Bo

<sup>181</sup> competit *om.* Pa

<sup>182</sup> Cf. *Scriptum*, d. 7, art. 2.

<sup>183</sup> est *om.* Pa

<sup>184</sup> ad *om.* Vn

<sup>185</sup> ac] et Pa

<sup>186</sup> in Deo *om.* Vb

<sup>187</sup> ut] et Vn

<sup>188</sup> esse *om.* Br

<sup>189</sup> passionis] relationis Br Pa Vb Vn

<sup>190</sup> fit] sit Br

idcirco recipere materiae non est pati, prout passio praedicamentum nominat oppositum actioni, sicut dictum est supra. Cum igitur passio non sit aliud quam origo passiva, haec autem vere sit in divinis, consequens est ut ibi sit ratio passionis.

Non obsistit etiam tertia, quia licet deminutum imitetur suum exemplar, non tamen<sup>191</sup> potest  
555 communis ratio<sup>192</sup> abstrahi<sup>193</sup>, quae sit exemplariter in uno et deminute in alio, sicut patet quod  
non potest abstrahi una ratio albedinis quae communis sit verae albedini perficienti /Pa 178rb/  
superficiem et speciei albedinis<sup>194</sup> existenti in intellectu, quae<sup>195</sup> est albedo deminute et  
participative. Est ergo modus actionis et passionis in divinis, nihilominus exemplaris et  
eminens, quem imitatur praedicamentalis actio et passio; /Br 275va/ nec tamen ab istis omnibus  
560 est abstrahibilis unus communis conceptus, immo nec aliquis dicens determinatam rationem, ut  
ex praecedentibus patet.

In hoc ergo primus articulus terminetur.

### Articulus Secundus

565 **Utrum actio sit in agente vel in producto. Opinio Scoti in IV, d. 13, et plurium aliorum.**  
Circa secundum vero<sup>196</sup> considerandum quod aliqui dicere voluerunt actionem esse formaliter et  
subiective in agente. Ad cuius evidentiam considerandum est<sup>197</sup> quod ‘actio’ potest sumi  
dupliciter<sup>198</sup>. Primo quidem pro absoluto quod elicitur ab agente; et hoc modo dicimus quod  
domus est actio, vel opus artificis; et sic sumendo actionem, motus potest dici actio, prout est ab  
570 agente. Secundo vero sumitur pro respectu quo formaliter agens dicitur agens, qui quidem non  
est aliud quam a quo aliud – vel ‘aquoitas’ in abstracto, si fingere verba liceret. Sic igitur si<sup>199</sup>  
loquamur de actione primo modo dicta, non est<sup>200</sup> dubium /X 603b/ quod actio est in passo in  
quo est motus subiective. Sed si secundo modo sumatur, est in agente; /Bo 187vb; Vb 292va/ et  
quia<sup>201</sup> sic sumitur proprie secundum rationem /Vn 170rb/ praedicamenti actionis, ideo dici  
575 debet quod actio sit subiective et formaliter in agente.

Hoc autem potest multipliciter declarari. Impossibile est enim effectum formalem separari a  
forma. Sed agens dicitur formaliter agere actione. Ergo actio est formaliter in agente.

Praeterea, patiens et agens debent proportionari in omnibus, excepto eo quod est vere  
productum. Sed in patiente sunt tria, videlicet passum, potentia passiva, et passio; quartum  
580 autem, quod est motus, est vere productum. Ergo in agente erunt alia tria proportionaliter,  
videlicet agens, potentia activa, et actio, sed non erit in eo motus productus.

Praeterea, omnis perfectio est subiective in eo quod perficitur, nihil enim perficitur per  
aliquid quod sit extra se. Sed actio est perfectio agentis, unumquodque enim perfectum est, dum  
potest sibi simile generare, ut IV *Meteororum* dicit Philosophus. Ergo actio est subiective in  
585 agente.<sup>202</sup>

Praeterea, Philosophus dicit, *De somno et vigilia*, quod cuius est potentia, eius est actus. Sed  
constat quod potentia activa est agentis et in agente. Ergo et<sup>203</sup> actio, quae est actus huius<sup>204</sup>  
potentiae, erit in eo.<sup>205</sup>

Praeterea, si actio esset in passo, et non in agente, tunc crucifixio et blasphematio Iudaeorum  
590 activa subiective fuisset in Christo, et non in Iudaeis. Sed hoc est absonum, quia cum actiones  
illae fuerint gravissima peccata, peccata fuissent subiective in Christo. Ergo huiusmodi actiones  
erant in agentibus subiective.

<sup>191</sup> tamen *om.* Pa

<sup>192</sup> communis ratio *om.* Vb

<sup>193</sup> abstrahi] una ratio albedinis quae communis sit vere communis ratio *add.* Vb

<sup>194</sup> quae communis . . . albedinis *om.* Vn

<sup>195</sup> quae] quia Br

<sup>196</sup> vero] autem Bo Br

<sup>197</sup> est *om.* Vb

<sup>198</sup> quod ‘actio’ . . . dupliciter] quod accipi potest dupliciter Pa

<sup>199</sup> si *om.* Pa

<sup>200</sup> est *om.* Bo Pa Vb Vn

<sup>201</sup> quia *om.* Pa

<sup>202</sup> Praeterea omnis . . . simile *om.* Vn *sed vide infra n. 201*; generare ut . . . agente *om.* Vn

<sup>203</sup> et *om.* Pa

<sup>204</sup> huius] huiusmodi Br Pa

<sup>205</sup> eo] motus productus Praeterea omnis . . . simile *add.* Vn, *cf. supra, n. 198*

Praeterea, impossibile est formas oppositas esse simul. Sed actio et passio sunt opposita. Ergo non sunt simul, sed est actio in agente, et passio in patiente.

595 Praeterea, forma denominat suum subiectum, impossibile est enim albedinem esse<sup>206</sup> alicui subiective<sup>207</sup> quin illud sit album. Sed manifestum est quod passum non agit, nec denominatur ab actione. Ergo non est in eo, sed in agente.

Praeterea, in eodem subiecto est fundamentum et respectus fundatus. Sed actio est respectus habens pro fundamento potentiam activam quae vere est in agente. Ergo actio est in agente<sup>208</sup>.

600 Praeterea, Philosophus dicit, III *Physicorum*, quod formalis ratio actionis consistit in esse ab hoc in hoc. Sed respectus qui importatur<sup>209</sup> /Br 275vb/ per 'esse ab hoc' est subiective in agente, 'esse enim ab hoc' non accipitur<sup>210</sup> pro respectu opposito ei, quod est a quo aliud, sed accipitur pro ipso respectu vel habitudine importata per 'a quo aliud est', de qua constat quod est in agente subiective et formaliter, nec respicit motum vel passum nisi terminative. Ergo actio  
605 formaliter est in agente, terminative vero in passo, ubi est motus.

Sic igitur dixerunt isti quod 'actio' accipitur quinque modis.

Primo quidem pro operatione non transeunte, prout intellectio vel volitio dicitur operatio; /X  
604a/ et talis est de genere qualitatis.

610 Secundo vero prout dicit respectum ad terminum totum<sup>211</sup> productum; et talis est de genere relationis.

Tertio vero prout dicit respectum ad terminum formalem inductum; et sic adhuc pertinens est ad praedicamentum relationis.

Quarto vero prout dicit respectum ad passum, qui est respectus transmutantis ad transmutatum; et sic est distinctum praedicamentum oppositum passioni.

615 Quinto vero sumitur 'actio' pro re acta, includendo tamen respectum quem exprimit esse ab alio; et sic actio dicitur opus et finis agentis. Sic autem sumpta 'actio' connotat quidem aliquod<sup>212</sup> absolutum, quod vere actum est, sive illud sit forma indivisibilis absoluta /Vb 292vb/ sive forma fluens, quae motus est. Et secundum hoc non est in aliquo determinato genere, sed in aliquo eorum in quibus est motus<sup>213</sup>; formaliter tamen dicit<sup>214</sup> respectum ut<sup>215</sup> ab alio sive ut<sup>216</sup>  
620 ab agente, et hic respectus non est aliud nisi esse a quo, qui vere et proprie et<sup>217</sup> formaliter est in agente, quamvis terminative in passo. Quia igitur in divinis non est 'actio' nisi sumpta secundo modo pro respectu producentis ad productum, sicut Pater dicitur esse causa agens Filii, quo modo accepta non est proprie<sup>218</sup> actio, sed magis respectus de genere relationis, idcirco generare est vere et proprie in Patre, sicut et ceterae relationes sunt in eo quod denominatur ab eis.

625 **Opinio communis.** Dixerunt tamen<sup>219</sup> alii, verba<sup>220</sup> Philosophi, III *Physicorum*, sequentes, quod tam actio quam passio sunt subiective in passo, pro eo quod realiter sunt idem cum motu, motus autem est subiective in mobili et in passo.

630 Sed tunc occurrit istis quod est valde difficile ad salvandum quomodo generare formaliter sit in Patre et constituat ipsum. Videretur enim secundum ista principia quod realiter esset in Filio, ex quo actio est in producto, quod etiam aliqui concesserunt, dicentes quod respectus fundatus super generare constituit Patrem et est in eo, videlicet paternitas, ipsum vero generare est in

<sup>206</sup> esse] inesse Br

<sup>207</sup> subiective om. Vn

<sup>208</sup> Ergo actio . . . agente om. Pa

<sup>209</sup> importatur] portatur Pa

<sup>210</sup> accipitur] recipitur Pa

<sup>211</sup> totum] formalem Br

<sup>212</sup> aliquod] quoddam Pa

<sup>213</sup> et secundum . . . motus om. Bo

<sup>214</sup> dicit om. Pa

<sup>215</sup> ut om. Vb

<sup>216</sup> ut om. Pa Vn

<sup>217</sup> et om. Vb

<sup>218</sup> proprie] propria Br

<sup>219</sup> tamen] autem Bo

<sup>220</sup> alii verba om. Vn

Filio, immo non est aliud quam Filius ut a Patre, sicut motus ut<sup>221</sup> ab agente in passum dicitur actio, vel lumen ut a sole diffusum dicitur illustratio.

635 Hoc tamen stare non potest, tum quia activa generatio ponitur proprietas /Pa 178va/ Patris secundum omnes; tum quia paternitas esset posterior quam generare, et per consequens constitutivum Patris Filium sequeretur; /Bo 188ra/ tum quia generare esset elicitedum a Patre, et significatum per modum egredientis, et per consequens oporteret ipsum esse suppositum per aliquid primum ad generare, et ita<sup>222</sup> per aliquid absolutum, et multa alia absona /Br 276ra/ 640 quae sequuntur<sup>223</sup>. /X 604b/

**Quid dicendum secundum veritatem /Vn 170va/, et primo quod actio in quantum praedicamentum est subiective in producto**<sup>224</sup>. Restat igitur nunc dicere quod videtur sub duplici propositione.

645 Prima<sup>225</sup> quidem<sup>226</sup> quod formale actionis, prout non est aliud quam intervallum sive via agentis in passum, seu attingentia secundum quam dicitur<sup>227</sup> agens attingere effectum, et egredi ac fluere in ipsum, est in producto subiective; quod quidem potest multipliciter declarari. Si enim actio esset realitas non-absoluta existens subiective et formaliter in agente, omne agens praeageret in se, et omnis potentia activa esset passiva; constat enim quod realitas illa quam 650 dicit actio<sup>228</sup>, adveniret de novo agentis; hoc autem non esset, quia productum realitatem illam imprimeret in agens, alioquin produceret se, quia per actionem quam imprimeret produceretur<sup>229</sup>. Nec potest dici quod aliquod aliud agens realitatem illam imprimeret in agente, quoniam illud potius produceret effectum quam agens ipsum, illud enim effectum producit quod actionem elicit. Quare<sup>230</sup> necesse est quod agens imprimat realitatem huiusmodi et eliciat in se 655 ipso per potentiam suam activam, et per consequens potentia illa erit simul activa et receptiva sive passiva, et omne agens praeaget in se ipsum. Sed hoc est falsum et impossibile, tum quia potentia activa est transmutativa in aliud, secundum quod aliud, ut patet IX *Metaphysicae*; tum quia nihil agit in se secundum unum /Vb 293ra/ et idem, nisi per accidens, secundum quod apparet ibidem<sup>231</sup>; tum quia omne agens pateretur, quia recipiendo suam propriam actionem 660 pateretur, et eliciendo ageret, contra Philosophum III *Physicorum*; tum quia non esset per accidens quod agens pateretur, immo hoc esset ex natura actionis et per se, quia natura sua includeret et exigeret ut in eo reciperetur, a quo eliceretur. Quae omnia sunt absurda. Ergo impossibile est poni quod realitas illa, quam formaliter importat actio, sit subiective in agente.

Praeterea, si realitas actionis sit subiective in agente, aut agens immediate produceret illam 665 in se, aut mediante aliquo absoluto producto in se, aut mediante absoluto producto in passo. Sed non potest poni primum, quia tunc esset directe acquisitio et actio in realitate<sup>232</sup> actionis, si enim agens produceret in se actionem, productio illius actionis esset actio, cum actio non posset produci se ipsa, sed per aliam actionem; et ita actionis erit actio et productionis productio in infinitum, contra Philosophum in V *Physicorum*, qui demonstrat ex hoc quod non potest esse 670 motus aut immediata acquisitio in praedicamento actionis. Nec etiam potest poni secundum, quia tunc nullum agens ageret quin oporteret acquiri in eo aliquod absolutum, cuius oppositum patet in corpore caelesti. Nec potest dari tertium, quia tunc absolutum acquisitum in passo esset<sup>233</sup> prius actione, quod est impossibile, cum illud absolutum per actionem capiat esse, ex quo ponitur in producto. Ergo non est possibile quod realitas actionis remaneat in agente. /X 675 **605a/**

<sup>221</sup> ut *om.* Pa

<sup>222</sup> ita *om.* Bo

<sup>223</sup> sequuntur] consequuntur Bo

<sup>224</sup> et primo . . . producto *om.* Vn

<sup>225</sup> Prima] primo Vb

<sup>226</sup> Prima quidem *om.* Br

<sup>227</sup> dicitur *om.* Pa

<sup>228</sup> actio *om.* Pa

<sup>229</sup> produceretur] produceret Vb

<sup>230</sup> Quare] quia Bo

<sup>231</sup> ibidem *om.* Pa

<sup>232</sup> realitate] realitatem Bo

<sup>233</sup> esset] erit Bo



Praeterea, nulla forma denominans aliquid per modum egressus ab illo potest poni subiective in eo quod denominat. Ideo namque formae ceterae sunt subiective in eo quod denominat, ut albedo in albo, quia non denominat per modum egressus. Non enim dicitur album aliquid, quia ab eo egrediatur albedo, aut rectum, quia ab ipso exeat rectitudo, sed quia in ipso manet<sup>234</sup>, et est  
680 albedo vel **/Br 276rb/** rectitudo. Unde ex terminis patet quod si denominat aliqua forma pro eo quod egreditur, iam non est subiective in eo quod denominat, alioquin simul erit in denominato et egredietur ab eo, quod est impossibile. Sed manifestum est quod actio denominat agens per modum egressus, dicimus enim quod actio egreditur ab agente, et elicitur ab agente, et profluit ab agente. Unde Commentator, III *Physicorum*, com. 18, dicit quod actio motoris, quae est  
685 movere, est<sup>235</sup> eius, non in eo; actio enim<sup>236</sup> motoris est facere motum in aliud<sup>237</sup>. Ergo realitas actionis non potest poni in agente.

Et si dicatur quod non concludit haec ratio de formali actionis, sed de re acta, non enim formalitas actionis egreditur – si hoc dicatur, non valet, quoniam illud formale maxime exprimitur per verba activa. Manifestum est autem quod nullus concipit agere agentis nisi per  
690 modum egressus ab eo, unde expresse dicit Commentator quod actio motoris, quae est movere, non est in eo, sed eius.

Praeterea, quandocumque aliqua sunt unum subiecto et differentia quidditate, ibi subiective est unum, ubi est reliquum, alioquin non erunt idem subiecto. Sed Commentator dicit expresse, III *Physicorum*, com. 21, quod actio et passio sunt **/Bo 188rb/** idem secundum subiectum, et  
695 duo secundum definitionem, et loquitur ibi<sup>238</sup> de formali actionis et passionis, prout actio dicitur ut ab hoc in hoc, et passio ut huius ab hoc<sup>239</sup>. Nec loquitur ibi<sup>240</sup> de actione prout sumitur pro re acta, sed de quidditativis rationibus actionis et passionis prout constituunt praedicamenta. Ergo actio erit in passo, ex quo actio et passio sunt idem **/Vb 293rb/** subiecto.

Praeterea, sicut se habet activa potentia ad actum, sic<sup>241</sup> se videtur habere et agens, non enim  
700 agens attingit ad actum vel ad agere nisi activa potentia mediante, sed proportio activae potentiae ad actum non est ut in quo sed a quo est actus. Potentia namque quae se habet ad actum sub habitudine ut in qua recipitur actus non est activa, sed passiva. Unde tantummodo respicitur actus ab activa potentia sub habitudine ut a qua egreditur, non ut in qua recipitur, immo hoc accidit per aliam potentiam ab activa<sup>242</sup> **/Vn 170vb/**, et per consequens si sit praecise  
705 potentia activa sive passiva, nullo modo talis actus recipietur in potentia. Ergo nec agens respicit actum vel agere tamquam id quod in eo recipiatur, sed tamquam id quod ab eo egrediatur, si tamen sit agens praecise, non<sup>243</sup> habens in se nisi potentiam activam.

Praeterea, si realitas actionis esset in agente subiective, sequeretur quod creare divinum, quo producitur creatura, esset in Deo. **/Pa 178vb/** Sed hoc est impossibile, quia cum Deus de novo  
710 creet, sequeretur quod nova realitas sibi acquireretur<sup>244</sup>. Ergo idem quod prius. Nec valet, si dicatur quod creare divinum non est alia actio quam velle, et quod Deus **/X 605b/** non creat mediante aliqua actione, sed solum<sup>245</sup> simplici velle: hoc enim falsum est, ut inferius apparebit, dum agetur<sup>246</sup> de omnipotentia Dei.

Praeterea, dictum est supra quod formalis ratio actionis non est aliud quam quidam egressus  
715 huius in hoc, est enim attingentia qua formaliter agens dicitur effectum attingere et causare<sup>247</sup>; ratio vero passionis est egressus huius ab hoc. Est autem differentia inter habitudinem importatam per genitivum in actione (cum dicitur ‘huius in hoc’), quoniam intelligitur ‘huius’

<sup>234</sup> manet] maneat Bo

<sup>235</sup> est *del.* Br

<sup>236</sup> enim] autem Pa

<sup>237</sup> aliud] alio Bo

<sup>238</sup> ibi *om.* Pa

<sup>239</sup> prout actio . . . hoc] prout passio dicitur ab hoc in hoc, et passio prout huius ab hoc Pa

<sup>240</sup> ibi *om.* Pa

<sup>241</sup> sic] ita Pa

<sup>242</sup> ab activa *om.* Pa

<sup>243</sup> non] nec Bo

<sup>244</sup> acquireretur] acquiratur Vb Vn

<sup>245</sup> solum] solo Bo

<sup>246</sup> agetur] ageretur Pa

<sup>247</sup> causare] creare Br

non subiective, sed originative et causative<sup>248</sup>, ‘in hoc’ terminative et subiective, scilicet in **/Br 276va/** effectum. Unde et Philosophus utitur ablativo, dicendo ‘ex hoc’ in hoc vel ‘ab hoc’ ut  
 720 innuatur quod realitas actionis est egressus ab agente in productum, hoc enim est attingere  
 ipsum, et inter habitudinem quam exprimit genitivus in passione (cum dicitur ‘egressus huius ab  
 hoc’), quoniam intelligitur ‘egressus huius<sup>249</sup>’ subiective, quasi in eo egressus remaneat, non  
 quod ab eo egrediatur, sicut in actione. Ergo ex formalibus rationibus<sup>250</sup> actionis et passionis,  
 apparet quod utraque remanet<sup>251</sup> formaliter in producto.

725 Nec motiva primae opinionis concludunt.

Primum siquidem non, quoniam actio non denominat per modum<sup>252</sup> inherentis, sed per  
 modum egredientis. Non enim dicitur agens agere quia habeat<sup>253</sup> agere in se ipso, sed quia agere  
 egrediatur ab ipso, et ideo non est verum quod actio<sup>254</sup> sit in eo quod denominat.

Est tamen sciendum<sup>255</sup> quod ‘agens’ potest denominari dupliciter. Uno modo verbaliter vel  
 730 per participium, ut agens agit, vel generans generat vel est generans; et sic fit denominatio ab  
 actione, et est denominatio egressiva, denotatur enim quod generare et agere egrediatur ab illo.  
 Alio modo fit denominatio nominaliter, et tunc non significatur egressus, ut si dicatur de Sorte  
 quod est agens vel generans; et sic fit denominatio a relatione insistente in agente per modum  
 quietis. Et hoc est quod Simplicius dicit super *Praedicamenta*: ait enim quod forte de facere et  
 735 pati aliquis dubitabit quomodo non sub ad<sup>256</sup> aliquid reducuntur, faciens enim facit in patiens, et  
 patiens a faciente<sup>257</sup> patitur; et respondendo subdit quod secundum hanc coaptationem sub ad<sup>258</sup>  
 aliquid reducuntur, secundum actionem vero et passionem<sup>259</sup> aliam habentia naturam, alia  
 genera faciunt.

Nec **/Vb 293va/** secundum procedit. Verum est enim quod proportio est inter agens et  
 740 patiens, nec oportet, si passio est<sup>260</sup> in passo, quod in agente sit actio propter differentiam iam  
 tactam.

Nec etiam<sup>261</sup> procedit tertium, quia agere signum perfectionis est, unumquodque enim, ex  
 hoc quod est in actu et in esse perfecto, dicitur agere; actio tamen non perficit agens, sed  
 passum, alias Deus in creando perficeretur.

745 Non valet etiam quartum, quia licet actio sit potentiae, et agentis per eam, nihilominus non<sup>262</sup>  
 est in potentia nec in agente; nec hoc probat verbum Philosophi, non enim dicit quod ubi est  
 potentia, ibi sit actus, sed quod eius sit actus, cuius potentia. Unde mutatur in argumento  
 habitudo genitivi in ablativum, et committitur fallacia figurae dictionis. **/X 606a/**

Non obsistit etiam quintum, licet enim crucifixio actio in Christo fuerit physice<sup>263</sup> et realiter,  
 750 tamen in Iudaeis<sup>264</sup> erat **/Bo 188va/** imputative et moraliter; et ideo sub ratione peccati non fuit  
 in Christo, sed in coetu Iudaeorum maligno.

Non valet etiam sextum, actio enim et passio, prout respiciunt formalem terminum seu  
 productum, nullam habent oppositionem, immo in idem conveniunt, productum enim producitur  
 et actione producentis et productione passiva. Prout etiam actio respicit agens et passio agens,  
 755 non habent repugnantiam, quia tam actio quam passio est ab agente. Sed prout actio respicit  
 agens et passio respicit passum, est oppositio inter illa, et ideo sunt impossibilia<sup>265</sup>

<sup>248</sup> causative] creative Br Vb

<sup>249</sup> huius] huiusmodi Br

<sup>250</sup> rationibus *om.* Pa Vn Bo Vb

<sup>251</sup> remanet] remaneat Br

<sup>252</sup> per modum *om.* Pa

<sup>253</sup> agere quia habeat *om.* Pa

<sup>254</sup> actio] agens Vn

<sup>255</sup> sciendum] intelligendum Br

<sup>256</sup> ad *om.* Vb

<sup>257</sup> faciente] patiente Vn

<sup>258</sup> ad *om.* Vn

<sup>259</sup> passionem] unam *add.* Br

<sup>260</sup> est] sit Br

<sup>261</sup> etiam *om.* Br Pa Vn Vb

<sup>262</sup> non *om.* Br

<sup>263</sup> physice] philosophie Br

<sup>264</sup> Iudaeis] divinis Br

<sup>265</sup> impossibilia] impossibilia Br

producens et productum simul, et eodem modo passio et id a quo patitur. Secundum hoc<sup>266</sup> ergo actio et passio in suis realitatibus non opponuntur formaliter, **/Br 276vb/** sed in suis denominationibus, quoniam actio denominat agens a quo egreditur, passio vero effectum qui egreditur; et hoc est proprium actionis: ut non denominet illud in quo est subiective, sed a quo est egressive. Et si quaeratur quae sit istius ratio, dicendum quod irrationabiliter quaeritur, ac<sup>267</sup> si quaeratur quare albedo dealbat. Apparet enim ex terminis quod, si actio non sit aliud quam egressus quo agens attingit aliquid<sup>268</sup> causative<sup>269</sup>, quod non denominabit illud quod attingit et in quo permanet, sed id a quo egreditur. Egressus enim, si denominat aliquid, denominat ut a quo, sicut patet. Et per idem etiam apparet<sup>270</sup> ad septimum.

Non procedit autem octavum, quia falsum assumit, scilicet quod actio sit respectus habens pro fundamento potentiam<sup>271</sup> activam; non est autem, sed potius elicio<sup>272</sup> et egressus.

Non obsistit etiam nonum, quia habitudo 'ab hoc' sive 'ex hoc' non respicit illud 'hoc' pro subiecto, immo magis pro principio ex quo est; unde non potest esse subiective habitudo huiusmodi in agente. **/Vn 171ra/**

Quod vero additur de quinque modis accipiendi actionem, dicendum quod secundus, qui nominat respectum producentis ad compositum quod producitur, et tertius, qui nominat respectum ad formam quae inducitur, et quartus qui nominat respectum ad materiam et susceptivum, sunt unus et idem respectus et actio praedicamentalis. Agens enim per actionem directe attingit compositum tamquam quod, et formam tamquam quo, susceptivum vero tamquam ex quo, unica<sup>273</sup> simplici actione; et ideo de ratione actionis non est habere pro termino nisi id quod producitur. Et si sit simplex forma subsistens, non erit ibi nec id quo nec ex quo, sicut est in creatione formae simplicis subsistentis<sup>274</sup>, utpote angeli. Si vero quod producitur sit compositum, tunc concurrunt ad **/Vb 293vb/** actionem id ex quo, et id quo, et id quod: duo quidem prima indirecte, et tertium directe; nec tamen est nisi unus respectus et una actio<sup>275</sup>.

Secundum hoc ergo remanent tres acceptiones istius nominis. Quandoque enim dicitur actio grammaticalis operatio, ut lucere, intelligere, florere<sup>276</sup>, et esse; tales **/Pa 179ra/** enim sunt actiones secundum modum intelligendi, et sunt effectus formales et actus primi, ut alias dictum fuit dum ageretur de esse et essentia.<sup>277</sup> Quandoque vero sumitur pro illa attingentia causativa<sup>278</sup> qua agens attingit compositum quod agitur directe, et formam et materiam indirecte, vel formam **/X 606b/** simplicem, si quod producitur sit forma subsistens; et talis causalis attingentia directe spectat et constituit praedicamentum actionis. Quandoque vero sumitur pro formali termino actionis, sive ille sit forma indivisibilis sive forma fluens, ut motus, prout tamen includit huiusmodi attingentiam (unde motus ut ab agente in passum, prout tamen eo mediante agens attingit passum, dicitur 'actio'; motus enim non esset actio nisi ultra formalem rationem suam, quae consistit in actu existentis in potentia, cointelligeretur huiusmodi attingentia in quam formalis ratio actionis consistit). Et secundum hoc patet quod actio est ens per accidens, et nominat res duorum praedicamentorum, quoniam ut est actus est in genere formae et perfectionis illius ad quam tendit, prout vero fundatur **/Br 277ra/** in ea attingentia causalis agentis<sup>279</sup> habetur realitas praedicamenti actionis. Et sic<sup>280</sup> motus cum illa attingentia sunt duae res, pertinentes ad duo praedicamenta, et habent<sup>281</sup> se sicut subiectum et accidens. Hoc autem

<sup>266</sup> hoc om. Br

<sup>267</sup> ac] ut Br

<sup>268</sup> aliquid om. Pa

<sup>269</sup> causative] creative Vb Vn; terminative Br

<sup>270</sup> etiam apparet] patet Pa

<sup>271</sup> potentiam] passionem Br

<sup>272</sup> elicitio p.c. Bo

<sup>273</sup> unica] una Bo

<sup>274</sup> subsistentis om. Pa

<sup>275</sup> actio] ratio Bo

<sup>276</sup> intelligere, florere] intelligere et florere Bo; ] florere et intelligere Br

<sup>277</sup> Cf. *Scriptum*, d. 8, q. 1.

<sup>278</sup> causativa] creativa Pa Vn

<sup>279</sup> agentis] attingentis Bo

<sup>280</sup> sic] est add. Pa

<sup>281</sup> habent] habet Vb

modo sumit Philosophus actionem, cum dicit quod motus ut ab agente in passum est actio, et idem motus ut est passi ab agente est passio. Et ita actio et passio sunt idem motus, non tamen propter hoc sunt **/Bo 188vb/** realiter idem in quiditatibus suis.

Sic igitur patet quomodo actio et passio sunt in termino producto. Est enim sciendum<sup>282</sup> quod, quantum ad id quod in recto important, non opponuntur, quamvis realiter distinguantur; est enim quaelibet<sup>283</sup> quaedam<sup>284</sup> attingentia causalis, sed actio est attingentia qua agens effectum attingit causaliter, passio vero est attingentia qua effectus attingitur ab agente. Non habent ergo oppositionem quantum ad id quod dicunt in recto. Habent tamen quoad extrema inter<sup>285</sup> quae sunt, et quae respiciunt<sup>286</sup> in obliquo. Attingentia enim activa incipit ab agente et terminatur in productum, et ideo dicitur ‘actio’; attingentia vero passiva incipit<sup>287</sup> a producto et terminatur ad agens. Et ita impossibile est quod sit eadem attingentia et idem intervallum formaliter, sicut nec ascensus et descensus sunt formaliter idem.

Et si dicatur quod prima attingentia sufficit, quia per eam agens sufficienter attingit et productum sufficienter attingitur, et ita non oportet quod sit alia qua<sup>288</sup> attingitur, quae ‘passio’ nuncupatur; dicendum ad hoc quod per primam<sup>289</sup> agens dicitur passum attingere, ita quod non solum per eam agens attingit<sup>290</sup>, immo et aliquid attingit<sup>291</sup>, puta productum, nec per eam ut sic dicitur effectus attingi, sed tantummodo agens effectum attingere; verum est tamen quod<sup>292</sup> per necessitatem ex hoc quod agens attingit effectum, concipit intellectus aliam attingentiam, quasi passivam, qua scilicet effectus attingitur ab agente, et ita prima attingentia infert secundam; secundum quod auctor *Sex principiorum* definit passionem, quod est effectus illatioque actionis.

Et si **/Vb 294ra/** dicatur ulterius quod prima realis est, hanc vero secundariam fabricat intellectus, non valet, quia sicut agens realiter attingit effectum, sic e converso effectus realiter attingitur ab agente; et utraque attingentia est in re, non solum per intellectum; utraque etiam est subiective in producto.

Quod si dicatur ulterius quod quicquid est in **/X 607a/** producto est productum, et ita<sup>293</sup> actio producet, et per consequens habebit actionem qua producitur, et illa aliam, et sic in infinitum – dicendum quod quicquid<sup>294</sup> est in producto est utique ab agente, ita quod sua<sup>295</sup> realitas habet quod sit ab agente, et ideo concedendum est quod actio vere est ab agente in passum productum, non tamen propter hoc est producta, sed est id quo producens producit. Omne enim quod est in producto vel est id quod producitur sicut terminus, vel est<sup>296</sup> id quo producitur, et haec est realitas passionis et<sup>297</sup> est id<sup>298</sup> quo<sup>299</sup> producens producit, et haec est realitas actionis. Est autem ordo inter ista, non quidem temporis, sed originis et naturae. Nam id quo producens producit productum et id quo productum producitur ab agente sunt priora **/Vn 171rb/** origine, et quasi viae ad productum<sup>300</sup>. Id vero quo producens producit praecedit **/Br 277rb/** origine id quo<sup>301</sup> productum producitur, sicut actio passionem quam infert. Et idcirco non est contradictio, nec impossibile separari<sup>302</sup> producere et produci in divinis, ubi est generare et generari, absque hoc quod essentia aut aliquid aliud eliciatur quasi effective per ea, ut superius dictum fuit.<sup>303</sup> In

<sup>282</sup> enim sciendum] tamen considerandum Pa

<sup>283</sup> quaelibet *om.* Br

<sup>284</sup> quaedam *om.* Pa

<sup>285</sup> inter *om.* Br

<sup>286</sup> respiciunt] respiciuntur Br

<sup>287</sup> incipit *iter.* Pa

<sup>288</sup> alia qua] aliqua Vn; qua] quae Br

<sup>289</sup> primam] personam Br

<sup>290</sup> attingit] attingat Vb

<sup>291</sup> attingit *om.* Bo

<sup>292</sup> quod *om.* Pa

<sup>293</sup> ita] ideo Br

<sup>294</sup> quicquid] quantum Br

<sup>295</sup> sua *om.* Pa

<sup>296</sup> est *om.* Br

<sup>297</sup> et] vel Br

<sup>298</sup> id *om.* Br

<sup>299</sup> quo] quod Pa

<sup>300</sup> et quasi . . . productum *om.* Br

<sup>301</sup> quo] quod Pa

<sup>302</sup> separari] separare Pa

<sup>303</sup> Cf. *Scriptum*, d. 5.

835 creaturis tamen non est istud possibile, nisi secundum esse intentionale in dicere et dici, concipere et concipi respectu verbi nostri.

**Quod generare in divinis est in Patre et generari in Filio, non obstante propositione praemissa.** Secunda vero propositio est quod, non obstante veritate praemissa, generare in divinis non est in Filio, sed in Patre. Ad cuius evidentiam considerandum est quod si Pater generaret in divinis<sup>304</sup> sicut Sortes generat, eliciendo videlicet actionem, et Filius generaretur sicut Plato, suscipiendo actionem, ita quod aliquis realis terminus ultra generari caperet esse, inevitabile foret quin generare esset realiter extra Patrem, ex quo vere eliceretur et caperet esse profluendo ab eo; et similiter oporteret quod generare esset in termino producto realiter et subiective, ex quo per generare Pater terminum illum attingeret causative<sup>305</sup> actione sua, eliciendo eum. Sed ex quo generare non est esse capiens in divinis, nec profluit ab essentia aut a Patre aut ab aliquo alio, sed est quaedam realitas improducta et prima; similiter etiam ex quo per generare non capit aliquod<sup>306</sup> absolutum esse realiter, sed tantum ab ipso infertur generari, possibile est – immo necessarium est – quod generare sit in Patre et generari in Filio.

850 Hoc autem sic patet, quandocumque enim actio respicit aliquid, non tamquam id a quo egreditur, sed tamquam id cuius est modus intrinsecus, cui indistinguibiliter coexistit, necesse est ex illis consurgere constitutum in quo actio realiter et formaliter inexistit; partes enim **/Pa 179rb/** sunt realiter in eo<sup>307</sup> quod resultat ex eis. Sed generare non respicit aliquid in divinis tamquam a quo progrediatur eo modo quo Sortes<sup>308</sup> respicit in humanis, respicit tamen  
855 essentiam tamquam id cui indistinguibiliter inexistit. Cum enim actio<sup>309</sup> non possit per se subsistere<sup>310</sup>, quia omne quod ad aliquid dicitur est aliud praeter id quod ad aliquid dicitur<sup>311</sup>, **/X 607b/** per necessitatem **/Bo 189ra/** omnis actio exigit aliquid cui coexistat<sup>312</sup>, quod quidem sit vel subiectum et fundamentum ipsius, sicut in creaturis motus vel forma **/Vb 294rb/** simplex producta sunt fundamentum actionis<sup>313</sup>, vel si tale fundamentum negetur – sicut in divinis ubi  
860 non potest actus et potentia, subiectum et accidens reperiri –, necesse est quod indistinguibiliter adunetur, et sic est ibi de generare et essentia, ut declaratum est supra.<sup>314</sup> Ergo generare in divinis est vere inconstitutum, igitur<sup>315</sup> est<sup>316</sup> in Patre. Et idem est<sup>317</sup> de generari respectu Filii: non enim est in eo per modum primi, quo esse<sup>318</sup> capiat Filius causative<sup>319</sup>, sed quia exigit aliquid cui inexistat<sup>320</sup>, tale autem non potest esse fundamentum vel subiectum, coexistet<sup>321</sup>  
865 necessario essentiae indistinguibiliter, et<sup>322</sup> ita consurget Filius constitutus ex essentia et generari, in quo quidem erit generari formaliter, non per modum viae praeviae ad esse illius.

Ex his autem colligi potest quod in nulla creatura potest esse actio in agente nec passio, nisi per modum praevis in producto, quoniam ubicumque est agens a quo profluit actio, et<sup>323</sup> productum aliquod absolutum quod esse capit per productionem passivam, ibi necesse est quod  
870 actio **/Br 277va/** sit in producto non in agente et passio sit in eodem producto per modum praevis, non per modum constitutivi. Sed in creaturis sic est quod omnis actio est elicita, alioquin esset res a se, et per consequens independens et necessaria; per productionem quoque

<sup>304</sup> in divinis *om.* Br

<sup>305</sup> causative] terminative Br

<sup>306</sup> aliquod] aliquid Pa

<sup>307</sup> eo] eis Pa

<sup>308</sup> Sortes] formam Br; ] Sortem Pa Vn

<sup>309</sup> actio *om.* Br

<sup>310</sup> subsistere] existere Br

<sup>311</sup> est aliud . . . dicitur *iter.* Vn

<sup>312</sup> coexistat] coexistit Br

<sup>313</sup> sunt fundamentum actionis] sit Pa; actionis *om.* Br

<sup>314</sup> Cf. *Scriptum*, d. 5.

<sup>315</sup> igitur] sic Br

<sup>316</sup> est *om.* Pa

<sup>317</sup> est *om.* Pa

<sup>318</sup> esse *om.* Pa

<sup>319</sup> causative] creative Pa

<sup>320</sup> inexistat] inexistit Br

<sup>321</sup> vel subiectum coexistet] coexistit Br; coexistet] ergo *add.* Pa Vn

<sup>322</sup> et] ut Br

<sup>323</sup> et] ut Br

passivam semper in creaturis acquiritur aliquid absolutum, excepto eo quod supra dictum est de  
dicere intentionali et dici, et spirare ac<sup>324</sup> spirari in mente.<sup>325</sup> Ergo in omni reali productione  
875 creata necesse est quod actio sit extra agens et in producto, et quod passio sit in eo per modum  
cuiusdam viae, non per modum<sup>326</sup> constitutivi formalis.

Et in hoc finitur articulus secundus.

### Articulus Tertius

880 **Quomodo differant<sup>327</sup> generare et paternitas, et filiatio ac generari. Opinio quorundam<sup>328</sup>.**  
Circa tertium vero considerandum quod aliqui dicere voluerunt, sicut iam tactum est, quod  
generare non sit<sup>329</sup> aliud quam Filius prout est a Patre, sicut actio non est aliud quam motus  
prout est ab agente. Sed hoc stare non potest, propter rationes et inconvenientia superius  
inducta. Et cum hoc sequuntur multa alia, videlicet quod in Filio essent tres proprietates  
885 (generare, generari, spirare), in Patre vero tantum duae (paternitas et<sup>330</sup> innascibilitas), cuius  
oppositum sancti dicunt; vel, quod est magis absonum, spirare esset<sup>331</sup> in Spiritu Sancto et non  
esset communis Patri et Filio, cuius oppositum omnes clamant. Et iterum quaerendum est quid  
est dictu quod Filius ut ab hoc sit generatio. Aut enim essentia ut a Patre est generare, et hoc  
non, quia essentia non capit esse a Patre; aut filiatio ut a Patre, et cum filiatio sit generari,  
890 sequitur quod generare<sup>332</sup> sit generari; aut utrumque, videlicet totus Filius constitutus<sup>333</sup> ut a  
Patre, est generare, et hoc non, quoniam generare non dicit totum suppositum, ut Magister dicit  
in littera secundum proprietatem, /X 608a/ unde ait quod generare non significat hypostasim.  
Constitutum etiam non est nisi essentia et filiatio; essentia autem non habet esse a Patre; nec  
filiatio sicut generare, sed magis /Vn 171va/ quasi passive et sicut generari. Igitur nihil est dictu  
895 quod generare non sit aliud quam Filius a Patre.

**Opinio aliorum.** Propterea dixerunt alii quod generare et paternitas sunt in Patre, et  
distinguuntur realiter, quia generare est primum ad paternitatem et generare est positivum Filii,  
paternitas vero non; et generare transit in Filium, quia<sup>334</sup> verum est dicere quod Pater Filium  
900 generat, paternitas vero non, quia nullus dicit quod pater filium paternizat. /Vb 294va/ Haec  
autem opinio fulciri potest<sup>335</sup> rationibus novem superius arguendo inductis.<sup>336</sup> Quibus non  
obstantibus, impossibilis est propter tres rationes inductas in oppositum arguendo.<sup>337</sup> Et iterum  
impossibile est<sup>338</sup> quod una persona habeat nisi unum modum proprium<sup>339</sup> subsistendi, alioquin  
si plures habeat, habebit<sup>340</sup> subsistentias plures. Sed Augustinus exprimens modos proprios  
905 subsistendi personarum, *De fide ad Petrum*, cap. 2, dicit quod proprium est Patris quod  
genuit<sup>341</sup>, et Filii quod natus est, et Spiritus Sancti quod<sup>342</sup> de Patre Filioque procedit. Hilarius  
autem<sup>343</sup>, XII *De trinitate*, eosdem modos exprimens dicit quod proprium est Patri quod Pater  
est<sup>344</sup>, et Filii quod Filius est. Ergo paternitas et generare, filiatio et generari, Spiritus et  
processio exprimentur realiter eosdem modos subsistendi.

<sup>324</sup> ac] et Bo

<sup>325</sup> Cf. e.g. *Scriptum*, dd. 9-10.

<sup>326</sup> modum] cuiusdam *add.* Bo

<sup>327</sup> differant] differunt Br

<sup>328</sup> Quomodo differant . . . quorundam] Quo et lac. Vn

<sup>329</sup> sit] est Br

<sup>330</sup> et *om.* Bo

<sup>331</sup> esset] esse Pa

<sup>332</sup> generare] sit generare *add.* Pa

<sup>333</sup> constitutus *om.* Pa

<sup>334</sup> quia] et Pa

<sup>335</sup> potest *om.* Pa

<sup>336</sup> Cf. supra, ll. 43-89.

<sup>337</sup> Cf. supra, ll. 91-102.

<sup>338</sup> est *om.* Pa

<sup>339</sup> proprium *om.* Br Pa Vb Vn

<sup>340</sup> habebit] habebat Vn

<sup>341</sup> genuit] Pater est Br

<sup>342</sup> quod *om.* Bo

<sup>343</sup> autem] etiam Br

<sup>344</sup> est *om.* Br

910

**Opinio Scoti**<sup>345</sup>. Quapropter dixerunt alii quod quia inter Patrem et Filium non est /**Br 277vb**/ aliquis respectus agentis ad passum, sed tantum ad productum et terminum formalem, talis autem respectus non spectat ad genus actionis, sed ad genus relationis, ideo poni potest quod generare et paternitas idem sunt, et<sup>346</sup> expriment respectum de genere relationis.

915 Sed nec ista opinio stare potest, probatum est enim superius<sup>347</sup> multis viis quod generare est vera productio habens modum – licet eminenter – praedicamenti actionis, infert enim generari et est vera origo activa, sicut generari passiva. Haec autem non competunt praedicamento relationis. Unde paternitas et filiatio ex hac causa non possunt idem esse quod generare et generari.

920

**Opinio Henrici**<sup>348</sup>. Quocirca dixerunt alii quod generare et paternitas dicunt eundem respectum realiter, sed differentem ratione. Quod enim sint idem realiter patet, quoniam inter eosdem terminos non potest esse realiter nisi unus respectus; sed Pater est una simplex hypostasis, et Filius similiter. Pater autem respicit Filium per generare et per paternitatem, Filius vero Patrem  
925 per generari et filiationem. Ergo generare et paternitas sunt idem respectus realiter, et similiter generari et filiatio. Quod autem differant<sup>349</sup> ratione<sup>350</sup> sic patet, in creaturis enim pater respicit filium sub quadruplici habitudine: /**Bo 189rb**/ primo quidem sub aptitudine<sup>351</sup> eo modo quo puer dicitur aptus natus generare /**X 608b**/ antequam<sup>352</sup> ad annos<sup>353</sup> /**Pa 179va**/ pubertatis perveniat; secundo vero sub respectu potentiae, sicut adultus dicitur posse generare; tertio quoque sub  
930 habitudine actualis generationis, ut cum generat actu; quarto vero sub habitudine praeteriti, et hoc modo pater respicit filium quia genuit, et sic pater respicit filium. Unde non est aliud paternitas quam generare ut in praeteritum transivit, et secundum hoc differunt ratione, sicut generare et genuisse.

Sed nec iste modus dicendi<sup>354</sup> congruus est in tribus. Primo quidem in hoc quod ait omnes  
935 istos respectus<sup>355</sup> realiter idem esse. Illa namque quae ab invicem separantur in esse, non sunt idem realiter. Sed respectus aptitudinalis separatur a generare, et e converso, puer enim habet aptitudinem ad generandum, sicut istimet dicunt, nec tamen actu generat. Igitur aptitudo ad generandum et generare non sunt idem respectus.

Praeterea, respectus illi<sup>356</sup> non sunt idem realiter, quorum unus ponit terminum suum in actu,  
940 reliquum vero numquam ponit. Sed constat quod aptitudo ad generandum numquam ponit filium generandum in actu, generare vero ponit. Igitur id quod prius. /**Vb 294vb**/

Secundo vero deficit in assignatione rationis, cum dicit quod inter duos terminos non potest esse nisi idem respectus realiter<sup>357</sup>. Manifestum est enim quod inter ignem generantem et genitum est identitas quae<sup>358</sup> est respectus fundatus super unitatem specificam, et est similitudo  
945 fundata super calorem, et est relatio producentis ad productum fundata super agere. Sed isti respectus diversi sunt pertinentes ad alios modos relationum. Ergo inter eosdem terminos possunt esse diversi respectus. Et confirmatur, quia calor generans ad<sup>359</sup> calorem genitum fundat respectum similitudinis et respectum producentis ad productum.

Tertio quoque deficit in eo quod ait paternitatem non esse aliud quam generare prout  
950 transivit in praeteritum. Constat enim quod per verbum quantum ad omnia tempora significatur respectus de genere actionis, unde genuisse ita significat actionem, /**Br 278ra**/ sicut et generare.

---

<sup>345</sup> Opinio Scoti *om.* Pa

<sup>346</sup> et *om.* Vn

<sup>347</sup> superius] supra Pa

<sup>348</sup> Henrici] Scoti Pa

<sup>349</sup> differant] differunt Br

<sup>350</sup> ratione *om.* Pa; in creaturis *del.* Pa

<sup>351</sup> aptitudine] habitudine Vn

<sup>352</sup> antequam] tamquam Pa

<sup>353</sup> annos] anno Pa Vn

<sup>354</sup> dicendi *om.* Br Pa Vb Vn

<sup>355</sup> respectus *iter.* Vb

<sup>356</sup> illi *om.* Vn

<sup>357</sup> realiter] realis Vn

<sup>358</sup> quae] qui Vn

<sup>359</sup> ad *iter.* Bo

Et confirmatur, quia per huiusmodi respectum praeteritum terminus coepit esse. Sed paternitas non dicit habitudinem de genere actionis, sed relationis tantum. Igitur non est idem paternitas quod genuisse.

955 Praeterea, res quae praeteriit est in eodem genere in quo foret si praesens esset. Non enim Sortes qui<sup>360</sup> praeteritus est vel futurus est quantitas vel qualitas, sed substantia. Unde res per sui praeteritionem non mutatur in aliud genus. Sed generare dum praesens est spectat ad genus actionis. Ergo quando praeteriit, non mutabitur ad /Vn 171vb/ genus relationis, et per consequens non erit paternitas.

960

**Opinio Thomae, parte prima, q. 41, art. 1, in solutione argumenti secundi.** Ea propter dixerunt alii quod actus notionales secundum modum significandi tantum differunt a relationibus personarum, sed re<sup>361</sup> sunt omnino idem. Ad cuius evidentiam attendendum /X 609a/ est quod actio secundum primam nominis impositionem importat originem motus; sicut 965 enim motus prout est in mobili ab aliquo dicitur ‘passio’, ita origo motus, secundum quod incipit ab aliquo et terminatur in id quod movetur, vocatur ‘actio’. Remoto igitur motu, actio nihil aliud<sup>362</sup> importat quam ordinem originis secundum quod a causa aliqua vel principio procedit in id quod est a principio. Unde cum in divinis non sit motus, nihil aliud est actio personalis producentis personam<sup>363</sup> quam habitudo principii ad personam quae est a principio, 970 quae quidem habitudines sunt ipsae relationes vel notiones. Quia tamen de divinis et intelligibilibus rebus loqui non possumus nisi secundum modum rerum sensibilibus a quibus cognitionem accipimus, et in quibus actiones et passionem, in quantum motum implicat, aliud sunt a relationibus quae ex actionibus et passionibus consequuntur, oportuit seorsum significari habitudines personarum per modum actus, et seorsum per modum relationis. Et sic patet quod 975 sunt idem secundum rem, sed differunt solum secundum modum significandi.

Sed hic modus dicendi stare non potest in hoc quod dicit quod, remoto motu, non remanent nisi habitudines originum, quae sunt ipsae relationes. Hoc enim falsum est, quoniam tales habitudines non spectant ad praedicamentum relationis, sed magis ad actionem et passionem. Quod apparet tum quia per huiusmodi<sup>364</sup> habitudines termini capiunt esse, ut supra deductum 980 fuit,<sup>365</sup> hoc autem repugnat relationi, quae non habet causare terminum, sed referre ad ipsum; tum quia per huiusmodi habitudines induit motus rationem actionis et passionis, etiam secundum sic ponentem<sup>366</sup>, et ita impossibile est quod spectent ad genus relationis, /Vb 295ra/ alioquin formale in actione et passione erit praedicamentum relationis, et per consequens non constituent genera propria et distincta; tum quia motus non se habet ad actionem et passionem 985 nisi sicut<sup>367</sup> subiectum et fundamentum, ut patet ex<sup>368</sup> III *Physicorum*, quare huiusmodi<sup>369</sup> habitudines sunt formaliter ipsae actiones vel passionem, nec ingreditur motus rationes earum in abstracto, et prout praedicamenta constituunt, quia entia per accidens significata per concretum, in quo concurrunt subiectum et accidens, /Bo 189va/ non sunt in praedicamento secundum illud Philosophi, III *Topicorum*, “album non est in genere propter duo significare.” Remoto igitur 990 motu, adhuc remanent quidditates actionis et passionis, et per consequens in divinis oportet aliunde differentiam assignari<sup>370</sup> inter generare et paternitatem, /Br 278rb/ ac generari et filiationem, quoniam ibi salvantur habitudines habentes modum predicamenti actionis et passionis, ut dictum est.

995 **Quid dicendum secundum veritatem, et primo quomodo in creaturis differre non possunt paternitas et generare, et universaliter relationes de secundo modo ab actionibus super quibus fundantur.** Restat igitur nunc dicere quod videtur sub triplici propositione. /X 609b/

<sup>360</sup> qui] quae Vn

<sup>361</sup> re] personae Bo

<sup>362</sup> aliud *om.* Bo

<sup>363</sup> producentis personam *om.* Pa

<sup>364</sup> huiusmodi *om.* Bo

<sup>365</sup> Cf. supra, ll. 215-518.

<sup>366</sup> ponentem] ponentes Bo

<sup>367</sup> sicut] secundum Pa

<sup>368</sup> ex *om.* Vn

<sup>369</sup> huiusmodi *om.* Br Pa Vb Vn

<sup>370</sup> assignari] assignare Pa Vn; significare Br



Prima quidem negativa, videretur<sup>371</sup> enim quod in creaturis sic se haberet paternitas ad generare, et universaliter relatio secundi modi ad actionem in qua fundatur, quod formaliter importaret simultatem generantis et geniti, ut sic nihil aliud esset<sup>372</sup> pater quam ille qui secum habet genitum. Et hoc quidem videretur quia paternitas manet, simultate huiusmodi remanente, et desinit esse, simultate desinente: dum enim Sortes corrumpitur, Plato desinit esse pater.

Secundum hoc ergo aliud est patrem generare et filium generari ab huiusmodi simultate vel habitioe, unde praeexigit eam, sed tamen nullo modo poni potest quod simultas Sortis et Platonis, quorum unus genuit et alius genitus est, sit formaliter relatio /Pa 179vb/ paternitatis. Quod quidem valet faciliter declarari: talis enim simultas vel intelligitur esse in tempore vel secundum locum vel secundum mutuum obligationem. Sed non potest poni quod simultas in tempore eius qui genuit et eius qui genitus est sit paternitas, quia tunc non fundaretur super actionem, sed magis super tempore<sup>373</sup>; et iterum non esset paternitas de secundo modo relativorum, sed de primo qui dicuntur modo numeri vel modo unius, sicut enim unitas in quantitate est aequalitas, et in qualitate similitudo, et in quiditate identitas, sic unitas in loco vel in tempore est simultas<sup>374</sup>. Nec etiam poni potest secundum propter eandem rationem, et iterum quia manet paternitas, quantumcumque generans et genitus<sup>375</sup> distent secundum locum. Nec potest dari tertium, scilicet quod paternitas sit obligatio mutua qua pater tenetur<sup>376</sup> fovere filium, et filius obsequi patri, tum quia, secundum hoc, in divinis non esset paternitas; tum quia obligatio<sup>377</sup> ad mutua obsequia vel beneficia non est paternitas, nec esse patrem est taliter<sup>378</sup> esse obligatum. Ergo dici non potest quod paternitas sit simultas, vel habitio, vel obligatio, vel aliquid huiusmodi, nec pater est qui habet secum genitum, sic quod habere illum secum sit formaliter esse patrem, et paternitas talis habitio vel simultas.

Nec motivum procedit, quamvis enim corrupto /Vn 172ra/ filio et simultate patris et filii transeunte, paternitas desinat esse, non tamen praecise /Vb 295rb/ paternitas et talis simultas sunt idem formaliter, sed committitur fallacia consequentis, quia multa exigere possunt ad esse patrem, ultra formale suum.

**Quod paternitas et generare in creaturis, et universaliter relatio secundi modi et actio super quam fundatur, sunt unum et idem realiter, differunt tamen conceptibiliter, sicut conceptus significatus per verbum vel<sup>379</sup> participium a conceptu eiusdem rei nominaliter designato.** Secunda vero propositio est quod paternitas et generare in creaturis, et universaliter relationes secundi modi cum actionibus in quibus fundantur, realiter quidem<sup>380</sup> sunt idem, sed differunt conceptibiliter, sicut conceptus explicatus per nomen a conceptu eiusdem rei qui per verbum vel participium designatur. /X 610a/

Ad cuius evidentiam /Br 278va/ sciendum est<sup>381</sup> quod, sicut supra dictum est dum de esse et essentia ageretur,<sup>382</sup> omnis res concipi potest vel per modum quietis, et sic<sup>383</sup> significatur per nomen ut dicendo 'florem' vel 'lucem', vel per modum fieri et egressus<sup>384</sup>, et sic per verbum vel participium<sup>385</sup> exprimitur ut cum dicimus 'florere' vel 'lucere'. Et hoc quidem commune est omni rei, iuxta illud Commentatoris, V *Physicorum*, com. 9, dicentis quod "propter famositatem huius divisionis, scilicet quod omnes intentiones dividuntur in habitus quiescentes et mobiles, convenerunt omnes gentes in hoc quod posuerunt principia nominationum nomen et verbum; et imposuerunt nomen cuilibet formae quiescenti, verbum vero cuilibet formae mobili."

<sup>371</sup> videretur] videntur Pa Vn

<sup>372</sup> esset] est Pa

<sup>373</sup> tempore] tempus Br Pa

<sup>374</sup> est simultas *om.* Pa

<sup>375</sup> genitus] genitum Bo

<sup>376</sup> tenetur] teneretur Br

<sup>377</sup> obligatio *om.* Bo

<sup>378</sup> taliter] realiter Pa

<sup>379</sup> vel] et Vb

<sup>380</sup> quidem] siquidem Bo

<sup>381</sup> est *om.* Bo

<sup>382</sup> Cf. *Scriptum*, d. 8, q. 1.

<sup>383</sup> sic *om.* Pa

<sup>384</sup> et egressus *om.* Br

<sup>385</sup> participium] participiuntur Br

1040 Secundum hoc ergo<sup>386</sup> omnes res possunt poni in tribus praedicamentis, quia secundum quod nominaliter significantur et concipiuntur in quiete, sunt in aliquo determinato<sup>387</sup> praedicamento, ut flos in praedicamento substantiae, et lux in genere qualitatis; secundum vero quod exprimuntur per verba et concipiuntur in fieri et egressu, sunt in praedicamento actionis vel passionis, ut florere vel floridari, lucere et lucidari sive accendi. Et licet in aliquibus usus  
1045 vocabulorum repugnet, nihilominus veritas non<sup>388</sup> mutatur. /Bo 189vb/ Quod enim<sup>389</sup> lucere, ut sic concipitur, sit in praedicamento actionis, et lucidari sive accendi de genere passionis, patet, quia verbum significat agere vel<sup>390</sup> pati secundum grammaticum, vel potius per modum agere et pati, res etiam quiescentes in rerum natura, quare conceptus per florere importatus est in<sup>391</sup> genere actionis. Et haec est<sup>392</sup> expressa Commentatoris intentio, V *Physicorum*, 9 com.<sup>393</sup>, motus enim, prout est transmutatio coniuncta cum tempore, est secundum eum in praedicamento passionis, et hoc cum significatur verbaliter et passive dicendo ‘moveri’, et in praedicamento actionis<sup>394</sup> dum significatur verbaliter<sup>395</sup> et active, dicendo ‘movere’. Moveri enim est pati, et movere est agere, et eodem modo florere et floridari. Unde possumus dicere quod flos floret, et quod florescit seu floridatur passive.

1055 Hoc igitur supposito est ulterius attendendum quod quandoque res sunt quiescentes, et intellectus concipit eas per modum fieri et egressus, sicut patet de flore et luce, et tales quidem realiter pertinent ad praedicamenta formarum quiescentium, utpote ad substantiam vel ad aliquod octo generum<sup>396</sup> praeter agere et pati, conceptibiliter tamen et prout exprimuntur per verba, spectant ad praedicamentum actionis vel passionis. Quandoque vero res aliquae sunt in  
1060 natura extra in quodam fieri et egressu, concipiuntur tamen aliquando per modum<sup>397</sup> quietis, et nominaliter exprimuntur, sicut cursus se videtur habere<sup>398</sup> ad currere; et talia quidem realiter pertinent ad agere vel pati, prout per verba proprie exprimuntur, habent tamen ex opere /Vb 295va/ intellectus, prout per nomina exprimuntur et<sup>399</sup> quiete concipiuntur, quod spectent ad aliud genus. Nulla autem res in natura existit, cuius esse sit in egressu formaliter, nisi illud  
1065 intervallum, de quo supra dictum est<sup>400</sup> quod intelligitur inter producens et productum, quod est attingere causativum quo producens attingit effectum; et aliud intervallum quod est inter productum et producens, quo formaliter /X 610b/ dicitur productum produci; nulla vero alia res dicitur egredi vel esse in fieri, nisi ratione istius intervalli. Terminus enim productus habet quod sit in continuo egredi, /Br 278vb/ quando indiget continue huiusmodi intervallo, sicut patet de motu: motus enim fundat continue huiusmodi respectum ad agens, qui non est aliud quam egredi passive; et movens etiam est in continuo attingere<sup>401</sup> et egredi in motum, pro eo quod motus non habet a se permanentiam vel existentiam, sed semper a motore, ut Commentator dicit, XI *Metaphysicae*, com. 39<sup>402</sup>. Et ideo motus semper dependet a motore et est in fieri, non quidem formaliter quod motus sit ipsum fieri aut egredi a motore, sed quia exigit ipsum fieri et  
1075 egredi quo continue profluat a movente.

Secundum hoc ergo sola haec intervalla sunt vere et realiter in praedicamento<sup>403</sup> actionis et passionis, et proprie exprimuntur per verba activa et passiva, et omnia alia quae verbaliter exprimuntur, non aliter<sup>404</sup> exprimuntur /Pa 180ra/ nisi quatenus concipiuntur<sup>405</sup> cum istis

<sup>386</sup> ergo om. Pa

<sup>387</sup> determinato] terminato Br

<sup>388</sup> non om. Br

<sup>389</sup> enim] est Pa

<sup>390</sup> vel] et Vb

<sup>391</sup> in] de Vb

<sup>392</sup> est om. Pa

<sup>393</sup> com. om. Vn

<sup>394</sup> actionis om. Br

<sup>395</sup> verbaliter] formaliter Br Pa Vb Vn

<sup>396</sup> generum] praedicamentorum Bo

<sup>397</sup> modum] nomen Br Vn; ] nomen p.c. ex Pa Vb

<sup>398</sup> habere om. Pa

<sup>399</sup> et om. Pa

<sup>400</sup> Cf. supra, ll. 215-518.

<sup>401</sup> attingere om. Pa

<sup>402</sup> 39] 40 Br Pa; 50 Vn

<sup>403</sup> praedicamento] praedicamenta Br

<sup>404</sup> non aliter] naturaliter Pa Vn

1080 habitudinibus et intervallis, sicut patet quod florere intelligitur in quodam egressu in aliquid per modum attingentiae activae, et floridari **/Vn 172rb/** in quodam egressu ab alio et<sup>406</sup> in quodam causari passivo. Propter quod omnes res quiescentes, in quantum induunt in conceptu modum intervallorum huiusmodi, habent modum actionis et passionis, et reducuntur conceptibiliter, etsi non realiter, ad haec duo praedicamenta.

1085 E converso autem istae attingentiae et haec intervalla non habent quod concipiuntur modo quietis sive per oppositum ad egressum, nisi quatenus induunt modum alterius praedicamenti ab agere vel pati. Non possunt autem induere<sup>407</sup> modum substantiae (quia non subsistunt, nec sunt hoc ‘aliquid’), nec quantitatis (quia non mesurant), nec qualitatis (quia non modificant), nec ubi aut quando (quia abstrahunt a tempore et a<sup>408</sup> loco), nec positionis aut habitus (quia abstrahunt ab ornamento et situ); quare relinquuntur ut induant modum relationis sive respectus, 1090 quia connectunt. Sunt enim intervalla copulancia et nectentia producents cum producto, et e converso, hoc enim proprium est relationis: ut concipiatur quasi quaedam connexio et copulatio extremorum. Sic igitur dum egredi in effectum non concipitur per modum causativi quo ponatur effectus, sed tantummodo per modum<sup>409</sup> connectentis agens cum effectu, non quia causet, tunc intelligitur agere per modum quietis, et potest exprimi nominaliter, et habet modum relationis, et 1095 pertinet conceptibiliter ad illud praedicamentum. Similiter etiam dum effectum egredi ab agente solum accipitur ut connectit, nec concipitur per modum causativi et quasi verbaliter, tunc induit modum relationis. Et secundum<sup>410</sup> hoc paternitas non est aliud quam generare modo quietis conceptum, quia tunc sibi tantum connectere competit **/Vb 295vb/** et referre; nec filiatio est aliud quam generari ut sic in quiete conceptum, et sic differunt solum conceptibiliter, et sunt 1100 idem realiter iuxta propositionem assumptam.

Quod quidem potest multipliciter declarari. **/X 611a/**

Primo quidem inductive, idem enim **/Bo 190ra/** videtur de paternitate et generare et patre, sicut de principio, principiante, et principiare. Nunc autem pater et principium filii videntur esse idem, et per consequens principiatio filii et paternitas. Principiatio vero<sup>411</sup> filii<sup>412</sup> est generatio. 1105 Quare generatio est idem quod paternitas. Similiter etiam principians filium videtur **/Br 279ra/** idem quod generans filium, et per consequens principiare filium et generare ipsum idem sunt, sicut superius et inferius. Videntur ergo ista ex uno latere pater<sup>413</sup>, paternitas, generans, generatio, generare, ex alio vero principium, principialitas<sup>414</sup>, ut ita fingere liceat principians, principiare, principiatio. Cum igitur principiatio sit idem quod principiare realiter, quamvis 1110 concipiatur per modum habitus et principiare per modum actus; et similiter principians et principium, quamvis principians significetur per modum actus<sup>415</sup> coniuncti cum supposito, quia participialiter, principium vero per modum habitus, et nominaliter; ergo principialitas, qua formaliter principium dicitur principium, erit idem quod principiare conceptum non per modum actus, sed per modum habitus. Et eodem modo erit paternitas idem quod generare.

1115 Similiter etiam patet idem ex maternitate et genitrice. Mater namque et genitrix idem sunt, quare et<sup>416</sup> maternitas in abstracto idem est quod abstractum genitricis, scilicet genitricitas<sup>417</sup>, si consuetudo vocabuli pateretur; hoc autem videtur<sup>418</sup> idem quod generatio materna, et per consequens maternitas et generare sunt<sup>419</sup> eadem realitas, nisi quod una concipitur per modum habitus, et reliqua per modum<sup>420</sup> actus. Similiter etiam<sup>421</sup> patet idem<sup>422</sup> de filio, genito, et nato,

<sup>405</sup> concipiuntur] accipiuntur

<sup>406</sup> et *om.* Br

<sup>407</sup> induere] inducere Bo

<sup>408</sup> a *om.* Br

<sup>409</sup> per modum *om.* Pa

<sup>410</sup> secundum *om.* Br

<sup>411</sup> vero *om.* Pa

<sup>412</sup> filii] filio Br

<sup>413</sup> pater *del.* Bo

<sup>414</sup> principium principialitas] principialitas scilicet Bo

<sup>415</sup> et similiter . . . actus *om.* Bo

<sup>416</sup> et *om.* Br

<sup>417</sup> genitricitas] et *add.* Br

<sup>418</sup> videtur] videretur Bo

<sup>419</sup> sunt] si autem Vn

<sup>420</sup> modum] motus Pa

<sup>421</sup> etiam *om.* Bo

1120 nam idem sunt, quare per locum a coniugatis nativitas, filiatio, gignitio idem erunt. Gignitio autem<sup>423</sup> et gigni significant eandem<sup>424</sup> rem conceptam diversimode. Ergo<sup>425</sup> idem erit de filiatione et gigni, et de paternitate et generare.

Consimiliter idem patet ex hoc quod idem sunt pater et genitor; ergo idem paternitas quod generatio vel generare. Discurrendo igitur patet quod non est alia<sup>426</sup> habitudo inter patrem et  
1125 filium, quae paternitas nuncupetur, nisi ipsum generare conceptum per modum habitus et quietis.

Secundo vero<sup>427</sup> idem apparet a priori, quandocumque enim aliquod intervallum intelligitur mere ut<sup>428</sup> connexio extremorum, et non ut positio alterius per alterum, illud intelligitur mere ut relatio, et non ut actio seu passio praedicamentalis. Connexio namque non ponit extrema, sed ea  
1130 existentia et posita, connectit; e converso autem positio non connectit extrema, quia non praesupponit<sup>429</sup>, sed in esse constituit et ponit. Sed illud intervallum quo agens attingit causative productum (quod non est aliud quam agere), et<sup>430</sup> illud etiam<sup>431</sup> quo productum attingitur causative ab agente (quod non est aliud quam agi et produci), quae quidem ut verbaliter exprimuntur, concipiuntur ut<sup>432</sup> positiones alterius termini: una quidem<sup>433</sup> active, qua agens  
1135 ponit, et illa est agere; reliqua vero passive, qua actum ponitur, et illa est pati. Haec siquidem intervalla concipi possunt, non ut positiones, sed ut mere<sup>434</sup> connexiones extremorum, /Vb 296ra/ ut dum nominaliter exprimuntur, tunc enim concipiuntur per modum habitus et otii cuiusdam, et idcirco nec ut egredientes<sup>435</sup> ab altero extremo nec ut ponentes /X 611b/ alterum, sed tantum ut habitualiter quiescentes inter duo extrema, et per consequens connectentes et  
1140 referentes ea. Hoc autem non est impossibile concipi, /Vn 172va/ quoniam sicut res quiescentes, a quibus nihil effluit, nec ipsae effluunt, possunt intelligi per modum fieri et effluxus (sicut supra patuit de florere, et esse, /Br 279rb/ et existere), sic et<sup>436</sup> e converso agere et agi possunt intelligi per modum quarumdam realitatum quae inter agens et actum, producens et productum habitualiter<sup>437</sup> otientur<sup>438</sup>, in tantum quod nec agens per illam realitatem intelligatur productum  
1145 ponere, nec e converso productum poni<sup>439</sup>; et sic concipiuntur, dum per nomina exprimuntur. Ergo possibile<sup>440</sup> est generare, et universaliter omne agere, intelligi per modum relationis, et similiter generari, et universaliter omne agi.

Tertio quoque<sup>441</sup> patet idem a posteriori, dicitur enim de paternitate quod fundatur super generare; dicitur etiam<sup>442</sup> quod est subiective in patre, et tamen generare non est in patre, sed in  
1150 filio, cum profluat in eum<sup>443</sup>. Dicitur etiam quod generare transit, et paternitas manet, quamdiu remanent extrema, et esse desinit ad corruptionem alterius extremorum. Haec autem omnia manifesta sunt secundum istum modum ponendi.

Primum quidem, /Pa 180rb/ quia necesse est realitatem illam, quae intelligitur per modum connexionis extremorum, praexigere se ipsam, prout concipitur per modum positionis eorum;  
1155 praesupponit enim connexio extrema posita quae connectit, et per consequens positionem

<sup>422</sup> idem *om.* Br

<sup>423</sup> autem] enim Pa

<sup>424</sup> eandem] eadem Pa

<sup>425</sup> Ergo *om.* Vn

<sup>426</sup> alia] alio Br

<sup>427</sup> vero *om.* Vb

<sup>428</sup> ut] est *add.* Br

<sup>429</sup> praesupponit] supponit Br

<sup>430</sup> et *om.* Br

<sup>431</sup> etiam] et illud Pa

<sup>432</sup> ut] nec Pa

<sup>433</sup> quidem] quaedam Vn

<sup>434</sup> mere *om.* Pa

<sup>435</sup> egredientes] egrediens Br

<sup>436</sup> et *om.* Br

<sup>437</sup> habitualiter] habitualiter Pa

<sup>438</sup> otientur] continetur Br

<sup>439</sup> poni] ponitur Br

<sup>440</sup> possibile] impossibile (?) Pa

<sup>441</sup> quoque *om.* Pa

<sup>442</sup> etiam] enim Bo

<sup>443</sup> eum] esse Bo

eorum. Unde exigit, dum concipitur ut connexio, quod praeconciatur ut positio, et ita relatio exigit actionem, non quidem pro fundamento, sed pro praevio /Bo 190rb/ et ratione fundandi.

1160 Secundum etiam patet, connexio enim qua agens connectitur cum producto, per necessitatem est in agente, quia connexio est subiective in eo quod connectitur. E converso etiam realitas passionis, prout est connexio producti cum producente, est necessario in producto. Eadem vero realitates, in quantum intelliguntur quasi positiones alterius extremi, sunt penitus in producto extremo, et non in altero; illa enim, qua alterum extremum ponit active alterum, non remanet in ponente, sed in posito, cum profluat ab illo in istud; et similiter illa qua extremum ponitur ab extremo ponente, remanet in posito, licet sit a ponente. Et secundum hoc patet quod eadem res, 1165 utpote generare, dum concipitur per modum positionis activae et per modum cuiusdam agere, non intelligitur existere in patre, sed ab eo effluere; dum vero concipitur ut connexio et paternitas, vere intelligitur existere in patre<sup>444</sup>, non est autem hoc quia mutet subiectum secundum rem, sed secundum modum concipiendi.

Tertium etiam patet, impossibile est enim realitatem quae concipitur modo fluxus concipi 1170 sine duratione certi temporis praesentis, praeteriti, vel futuri; et idcirco, transeunte realitate, necesse est quod concipiatur in praeteritum abiisse, et ideo positio, qua ponitur extremum, intelligitur vel ut praesens vel ut praeterita vel ut futura<sup>445</sup>; unde pater generat, vel genuit, vel generabit et erit pater. Realitas /Vb 296rb/ vero quae concipitur ut connexio extremorum, abstrahit a tempore /X 612a/ et omni<sup>446</sup> duratione, non est<sup>447</sup> enim de conceptu rei intellectae per 1175 modum habitus et quietis aliquod tempus; unde nomen non significat cum tempore, sicut patet I *Periermenias*. Secundum hoc ergo quamdiu intelligitur Sortes et Plato, et cum hoc quod inter Sortem et Platonem fuit quidam effluxus quo Sortes Platonem genuit, necesse est ut intelligatur eadem realitas inter ambos per modum cuiusdam connexionis, quae non est aliud quam paternitas. Unde mens<sup>448</sup> Sortem concipiens patrem Platonis, illam realitatem qua /Br 279va/ 1180 genuit – quae vere fuit generare – apprehendit per modum connexionis amborum. Semper enim dum eos concipit cum praevio generare, necessario eadem realitate illos connectit, et continue dicit eos connexos, et manet ista connexio quamdiu manet uterque, et desinit, altero desinente. Et sic transit res importata per generare et per paternitatem quantum ad esse<sup>449</sup>. Quantum ad intelligi vero etiam<sup>450</sup> transit ut importatur per generare; non tamen transit ut intelligitur quasi 1185 connexio et<sup>451</sup> per modum paternitatis. Ergo manifeste apparet quod generare et paternitas differunt quidem conceptibiliter, et sunt idem realiter; et idem est de omni relatione fundata super agere et pati, sive producere et produci.

Quarto vero idem apparet ex intentione Philosophi in *Praedicamentis*, qui, cum agit de praedicamento actionis et passionis, non exprimit ea nominaliter, sed verbaliter, dicendo quod 1190 suscipiunt facere et pati contrarietates. Quod exponens Simplicius dicit quod agere et agi convenientiora sunt ad generis determinationem quam actio et passio. Huius autem ratio ex praecedentibus satis patet, quoniam verba significant per modum intervalli inter extrema aliqua per modum positionis alterius ab altero, nomina<sup>452</sup> vero per modum habitualis connexionis. Et ideo dicit ibi Simplicius quod facere et pati non in habitudine solum subsistunt, sed in esse 1195 factum aliquid ab ipsis; et superius dixerat, dum defenderet praedicamentorum numerum ab Aristotele adinventum contra multos alios impugnantes quod actio et passio secundum<sup>453</sup> habitudinem sub ad aliquid reducuntur, secundum actionem vero et passionem aliam habent naturam. Unde patet quod ista est intentio Aristotelis et Simplicii sui commentatoris.

1200 **Quod generare et paternitas in divinis sunt idem realiter, et differunt conceptibiliter; et idem est de generari et filiatione. /Vn 172vb/ Tertia quoque propositio<sup>454</sup> est quod generare et**

<sup>444</sup> sed ab eo . . . patre *om.* Pa

<sup>445</sup> ut praeterita . . . futura] ut praeteritum vel ut futurum Br

<sup>446</sup> omni *om.* Br; ] cum Vn

<sup>447</sup> est *om.* Vn

<sup>448</sup> mens] intellectus Bo

<sup>449</sup> esse] et *add.* Vn

<sup>450</sup> etiam *om.* Pa Vn

<sup>451</sup> et *om.* Bo Pa

<sup>452</sup> nomina] nomen Br

<sup>453</sup> secundum] quod *add.* Vn

<sup>454</sup> propositio *om.* Pa

paternitas in divinis sunt eadem realitas, quae quidem dum concipitur per modum habitus et connexionis, appellatur paternitas, dum vero per modum<sup>455</sup> positionis activae et cuiusdam effluxus, dicitur generare. Hoc autem evidenter concluditur ex praedictis, non est enim<sup>456</sup> maior  
 1205 differentia inter paternitatem et generare, filiationem et generari in Deo quam sit inter ista prout sunt in creaturis. Sed ex superioribus patet quod in creaturis differunt solum conceptibiliter, sicut res concepta modo<sup>457</sup> habitus, et modo fieri et fluxus. Igitur sic different in divinis. Unde sicut se habet flos ad florere<sup>458</sup>, cursus ad currere, sic se habet paternitas ad generare, nisi quod conceptus floris praecedit florere, quia ille magis est /X 612b/ proprius rei, /Vb 296va/  
 1210 conceptus vero ipsius generare praecedit paternitatem, quia sic habet natura rei, cum huiusmodi realitates, ut saepe dictum est, sint<sup>459</sup> in fluxu.

Huic tamen aliqua obviare videntur. Dictum est enim supra quod nulla compositio est in divinis, /Bo 190va/ nec realis nec rationis.<sup>460</sup> Sed si generare et paternitas differunt ratione in Patre, erit pluralitas rationum, et per consequens compositio. Ergo istud poni non potest.

1215 Praeterea, dictum est supra quod paternitas non potest praecise concipi contra essentiam.<sup>461</sup> Sed si haberet propriam rationem distinctam a generare, posset praecise concipi sine ipso, /Br 279vb/ et per consequens sine essentia, cum generare non possit concipi sine ea, ut alias dictum fuit.<sup>462</sup> Igitur id quod<sup>463</sup> prius.

Praeterea, ubi non est generare elicatum, ibi<sup>464</sup> non potest concipi per modum effluxus. Sed  
 1220 sic est in divinis. Ergo non videtur verum<sup>465</sup> quod generare et paternitas differant, sicut idem conceptum modo quietis et fluxus.

Sed his non obstantibus dicendum est sicut prius. Ad cuius evidentiam est ad memoriam revocandum quod alias dictum est, dum de esse et essentia ageretur,<sup>466</sup> quod scilicet aliqua possunt differre conceptibiliter, quia important diversas rationes obiectivas, sicut rationale et<sup>467</sup>  
 1225 animal; alia vero non quia important varias /Pa 180va/ rationes, sed unam et eandem, diversimode tamen conceptam, quia per modum fluxus et per modum quietis, sicut flos et florere expriment eandem rationem quiditativam, conceptam quidem per modum<sup>468</sup> habitus et quietis, quando significatur per nomen floris, conceptam vero per modum fluxus et<sup>469</sup> fieri, sicut cum designatur per florere.

1230 Ad propositum ergo: paternitas et generare non sic differunt<sup>470</sup> conceptibiliter quod diversas rationes obiectivas important, sed unam et eandem, quae concepta per modum habitus<sup>471</sup> connectentis dicitur paternitas, concepta vero per modum actus producentis dicitur generare.

Et si dicatur quod, secundum ista, relatio et actio differunt solum in modo concipiendi, et non in rationibus praedicamentalibus principaliter importatis, dicendum secundum  
 1235 Commentatorem quod omnes intentiones conceptae per modum fluxus et actus reducuntur ad praedicamenta actionis et passionis, conceptae vero per modum habitus et quietis ad aliquid aliorum<sup>472</sup>, sicut patet de florere et flore. Nec est differentia nisi quod aliquae ex natura sua sunt in istis praedicamentis, quia esse earum vere consistit in fieri et in fluxu, aliae vero secundum modum intelligendi tantum, ratio ergo<sup>473</sup> praedicamentalis non est alia in actione<sup>474</sup> nisi modus

<sup>455</sup> habitus et connexionis . . . modum *om.* Vn

<sup>456</sup> enim] ibi Vn

<sup>457</sup> modo] per modum Bo

<sup>458</sup> florere] et *add.* Bo

<sup>459</sup> sint] sicut Pa Vn

<sup>460</sup> Cf. e.g. *Scriptum*, d. 8, q. 3.

<sup>461</sup> Cf. e.g. *Scriptum*, d. 1, q. 1; d. 2, q. 3.

<sup>462</sup> Cf. *Scriptum*, d. 5.

<sup>463</sup> quod *om.* Pa

<sup>464</sup> ibi *om.* Bo

<sup>465</sup> verum *om.* Pa; ] et *add.* Br

<sup>466</sup> Cf. *Scriptum*, d. 8, q. 1.

<sup>467</sup> et *om.* Vb

<sup>468</sup> modum] motus Br

<sup>469</sup> per modum quietis sicut . . . et *om.* Bo

<sup>470</sup> differunt *om.* Pa

<sup>471</sup> habitus *om.* Br Pa Vb Vn

<sup>472</sup> ad aliquid aliorum *om.* Vn

<sup>473</sup> ergo] autem Pa; ] vero Bo

<sup>474</sup> actione] actu Bo

1240 fluxus, et cuicumque<sup>475</sup> intentioni modum istum attribuat intellectus, statim ponit eam in  
praedicamento actionis.

Non procedunt ergo<sup>476</sup> instantiae.

Prima siquidem non quia quae differunt conceptibiliter, faciunt compositionem secundum  
rationem quando diversas rationes obiectales important, sicut patet<sup>477</sup> de rationali et animali.

1245 Non sic autem cum est una et eadem ratio diversimode concepta, sicut flos et florere, ibi enim  
non potest esse<sup>478</sup> compositio rationis, cum eadem ratio non sit /**X 613a**/ componibilis sibi ipsi.  
Sic<sup>479</sup> autem est de paternitate et generare, propter quod non componunt personam secundum  
rationem.

Non valet etiam secunda, quoniam sicut generare est aliquid impraecisum ab essentia, sic et  
1250 conceptus paternitatis claudit essentiam indistincte, cum generare et paternitas sit eadem ratio  
diversimode concepta. Unde eadem persona constituta ex essentia et ex realitate, quae  
importatur per paternitatem et generare, /**Vb 296vb**/ concipi potest dupliciter, quia vel per  
modum habitus quiescentis, et sic importatur per Patrem et exprimitur nominaliter, vel per  
modum actus subsistentis, et sic importatur per generans, et significatur per participium<sup>480</sup>. Nec  
1255 fit<sup>481</sup> ibi variatio secundum aliam et aliam rationem conceptam, sed secundum diversum modum  
conciipiendi idem.

Non valet etiam tertia, quia generare non concipitur in divinis ut fluxus et<sup>482</sup> fluens, /**Br  
280ra**/ vel elicited aliunde, sed potius ut inferens generari<sup>483</sup> et totum suppositum constitutum  
per generari, scilicet Filium.

1260 In quo tertius articulus terminetur<sup>484</sup>.

#### Articulus Quartus<sup>485</sup>

**Opinio Thomae, parte prima, q. 40, art. 1 et<sup>486</sup> 4, et Garri.** Circa quartum<sup>487</sup> vero  
considerandum est quod aliqui dicere voluerunt paternitatem praecedere secundum intellectum  
1265 ipsum generare, generari vero praecedere filiationem. Quod patet, quia quod intelligitur ut  
progrediens ab aliquo, sequitur secundum modum intelligendi constitutum eius a quo  
progreditur. Nunc autem sic est quod generare concipitur ut progrediens a Patre, quasi per  
modum actus eius. Ergo persona Patris /**Vn 173ra**/ et suum formale, videlicet paternitas,  
secundum modum intelligendi praecedit simpliciter generare. E converso vero illud quod  
1270 intelligitur tanquam via ad esse alicuius, et suum formale, videtur illud praecedere secundum  
intellectum. Generari autem intelligitur quasi via<sup>488</sup> ad personam Filii et esse ipsius. Ergo  
generari secundum intellectum praecedit Filium et filiationem. Et ex istis patet quod primo et  
principalius constituit personam Patris paternitas quam generare, secundum nostrum  
intellectum, immo generare non constituit, sed constitutum insinuat et ostendit. Apparet etiam  
1275 quod Pater in divinis generat, quia Pater, et<sup>489</sup> non est Pater, quia generat, e converso ei quod  
accidit in creaturis: Sortes enim non est generans, quia pater, sed quia generat, ideo pater est, et  
ita in eo generare praecedit paternitatem. Et ratio huius differentiae est<sup>490</sup> quia paternitas in  
creaturis est proprietas adventitia, non constituens suppositum generans et actum eliciens, sicut  
est in divinis. Haec autem opinio patet ex multis.

<sup>475</sup> cuicumque] cuiuscumque Pa; ] cuiusque (?) Vb

<sup>476</sup> ergo *om.* Bo

<sup>477</sup> patet *om.* Pa

<sup>478</sup> esse] poni Pa

<sup>479</sup> Sic] sicut Vn

<sup>480</sup> participium] principium Pa

<sup>481</sup> fit] sit Vn

<sup>482</sup> et] vel Bo

<sup>483</sup> generari] generare Br

<sup>484</sup> terminetur] terminatur Pa

<sup>485</sup> Quartus] Tertius Pa

<sup>486</sup> et *om.* Br

<sup>487</sup> quartum] tertium Pa

<sup>488</sup> via] una Vn

<sup>489</sup> et *om.* Vn

<sup>490</sup> et ita in . . . est *om.* Bo

1280 Primo quidem, quia paternitas non significatur per modum fluxus, sed per modum **/Bo 190vb/** subsistentis et habitus quiescentis, et ideo potest dare esse subsistens; quod repugnat<sup>491</sup> ipsi generare, quod intelligitur modo fluxus.

Secundo vero, quia paternitas concipitur per modum actus primi, generare vero per modum actus secundi, et per consequens paternitas constituet in esse suppositali, quod pertinet ad actum  
1285 primum. **/X 613b/**

Tertio quoque quia nobiliori modo concipitur paternitas et actualiori, cum intelligatur<sup>492</sup> per modum quiescentis, et sit in solis rationalibus, quod non est sic de generare, cum inveniatur in omni vivente.

Quarto autem<sup>493</sup> quia scriptura sacra personas exprimit sub nominibus Patris et Filii, et non  
1290 generantis aut generati<sup>494</sup>; baptismus etiam non traditur<sup>495</sup> in nomine genitoris et geniti, sed in nomine Patris et Filii; Commentator etiam super Boethium *De trinitate* dicit quod Pater et Filius distinguuntur paternitate et filiatione; et Damascenus, lib. I, dicit<sup>496</sup> quod differentiam hypostasum intelligimus in solis proprietatibus paternitatis et filiationis, et idem dicit, lib. III, cap. 5. Ex quibus videtur posse concludi quod paternitas suppositum Patris constituat primo et  
1295 principalius quam generare secundum modum **/Vb 297ra/** intelligendi.

**Opinio Bonaventurae, lib. I, d. 27, q. 2.** Dixerunt vero alii quod generare secundum intellectum praecedit paternitatem in divinis, pro eo quod generare dicit originem, paternitas vero habitudinem; habitudo autem sequitur originem, et origo causa est habitudinis, et non e  
1300 converso. Unde origo personas constituit et distinguit, per habitudines vero **/Br 280rb/** quae consequuntur<sup>497</sup> origines<sup>498</sup> distinctio innotescit.

**Quid dicendum secundum veritatem, et primo quod generare secundum modum intelligendi praecedit paternitatem, sicut dicit opinio secunda.** Restat ergo<sup>499</sup> nunc dicere  
1305 quod videtur sub quadruplici propositione. Prima quidem quod sicut dicit<sup>500</sup> opinio secunda, generare secundum modum intelligendi paternitatem praecedit. Quandocumque enim<sup>501</sup> res aliqua habet duos modos concipiendi, unum quidem secundum<sup>502</sup> quod est in rerum natura, et alium tantummodo ex operatione intellectus, primus<sup>503</sup> dicitur praecedere secundum, **/Pa 180vb/** sicut patet quod ordine rationis conceptus floris per modum stantis praecedit florere, quod per  
1310 modum fluxus concipitur, quoniam in rerum natura flos habet modum quiescentis, modum vero fluentis a solo opere intellectus. Sed realitas illa quae per generare per modum fluxus importatur, et per paternitatem per modum quiescentis, habet in sui existentia modum actionis et fluxus, modum vero habitus et<sup>504</sup> quiescentis ex solo opere intellectus, quia si esset e converso, non vere et realiter Filius produceretur a Patre<sup>505</sup>, sed connecteretur quidem et referretur ad  
1315 ipsum realiter, non tamen realiter emanaret. Ergo secundum modum intelligendi generare<sup>506</sup> praecedit paternitatem.

Et si dicatur quod universale praecedit secundum modum intelligendi particulare, quia primo intelligitur<sup>507</sup> et directe, et tamen res habet modum particularis in sui<sup>508</sup> existentia, universalis vero ex solo opere intellectus, dicendum dupliciter. Primo quidem quod aliqui negant istud,

<sup>491</sup> repugnat] repugnet Pa

<sup>492</sup> intelligatur] intelligitur Br Pa Vb

<sup>493</sup> autem om. Pa

<sup>494</sup> generati] generare Bo

<sup>495</sup> traditur] datur Pa

<sup>496</sup> dicit om. Pa

<sup>497</sup> consequuntur] sequuntur Vb

<sup>498</sup> origines om. Pa

<sup>499</sup> ergo om. Pa

<sup>500</sup> dicit om. Br

<sup>501</sup> enim om. Br

<sup>502</sup> secundum om. Pa

<sup>503</sup> primus] primum Bo Vb

<sup>504</sup> et om. Bo Pa Vn Vb

<sup>505</sup> a Patre om. Pa

<sup>506</sup> generare] generari Vb

<sup>507</sup> intelligitur] intelligere Pa

<sup>508</sup> sui] sua Bo



1320 ponentes quod immo particulare primo occurrit intellectui pro eo quod sic existit in rerum natura. Secundo vero quod ideo particulare non praecedit secundum alios, quia intellectus ad particulare /X 614a/ non attingit per se, sed per aliam potentiam et mediante phantasmate, et ideo non est simile, quoniam<sup>509</sup> istos duos conceptus potest immediate formare intellectus. Et iterum hic loquimur de eo quod intellectus iudicat esse prius secundum naturam; constat autem 1325 quod iudicat particulare prius universali iuxta illud Philosophi I *De anima*, dicentis quod<sup>510</sup> animal universale aut nihil est aut posterius est singularibus; et secundum hoc iudicabit intellectus quod generare praecedit paternitatem in Patre.

Praeterea, connexio extremorum exigit extrema posita, et per consequens praesupponit positionem eorum. Sed paternitas, et universaliter omnis relatio de secundo modo relativorum, 1330 est connexio extremorum<sup>511</sup>; nec ponit ea, sed posita<sup>512</sup> supponit. Ergo exigit ut praeconcipiatur positio eorum. Ponitur autem terminus per generare. Igitur exigit paternitas ut generare praetelligatur.

Praeterea, si generare secundum modum intelligendi paternitatem sequitur in divinis, aut hoc est ex hoc quod generare elicitur a Patre, ita quod paternitas aliquid elicitive ad generare faciat, 1335 aut quia faciat ad ipsum per modum cuiusdam praevii et rationis fundandi. Sed non potest dari primum, tum quia generare non est elicutum, immo est realitas esse non capiens /Vn 173rb/ aliunde, cui repugnat quod concipiatur ut esse capiens ab alio (sicut repugnat /Vb 297rb/ primo principio, aut<sup>513</sup> divinae essentiae, aut rei cuilibet improductae, quod intelligatur producta); tum quia, dato quod eliceretur, nullo modo paternitas ipsam eliceret, nec esset elicitivum principium, 1340 nec etiam determinativum, /Br 280va/ cum<sup>514</sup> relatio non sit actionis principium<sup>515</sup> nec exigitur ad determinandum, quia absolutum est sufficienter determinatum, nec respectu<sup>516</sup> indiget ad agendum, licet possit communicari<sup>517</sup>. Nec potest etiam<sup>518</sup> dari<sup>519</sup> secundum, quia<sup>520</sup> manifestum est<sup>521</sup> quod actiones sunt praeviae et rationes fundandi secundum modum relativorum, et non e converso; unde mens non potest concipere patrem, nisi concipiendo quod genuit vel generat in 1345 praesenti. Ergo intellectus recte<sup>522</sup> iudicans debet apprehendere quod in Deo generare praecedit paternitatem.

**Quod generare et paternitas constituunt suppositum, et idem suppositum secundum rem et rationem, differens tantum in modo<sup>523</sup> concipiendi. /Bo 191ra/** Secunda vero propositio est

1350 quod generare et paternitas constituunt idem suppositum secundum rem et rationem, differens tantum secundum modum concipiendi quiescentis et operantis, eo modo quo nomen et participium expriment idem diversimode conceptum: unde generare constituit generans, et paternitas Patrem. Hoc autem sic patet, quando<sup>524</sup> enim constituentia important eandem rationem conceptam, necessario resultat idem constitutum secundum rationem. Sed declaratum 1355 est quod generare et paternitas eandem rem et rationem important, sicut flos et florere. Ergo Pater et generans idem suppositum importabunt<sup>525</sup> secundum rationem, nisi quod different in modo concipiendi secundum quietem et fluxum, et in /X 614b/ modo significandi et exprimendi per nomen et participium.

<sup>509</sup> quoniam] secundum *add.* Bo

<sup>510</sup> quod *om.* Pa

<sup>511</sup> extremorum *om.* Pa

<sup>512</sup> posita] supposita Pa

<sup>513</sup> aut] ac Br

<sup>514</sup> cum] quia cum Pa

<sup>515</sup> principium *om.* Pa

<sup>516</sup> respectu] respectum Br

<sup>517</sup> communicari] concomitare Br Pa Vn

<sup>518</sup> etiam] esse Br

<sup>519</sup> dari] dare Br Pa

<sup>520</sup> secundum quia *om.* Pa

<sup>521</sup> est *om.* Br

<sup>522</sup> recte] vere Br

<sup>523</sup> in modo] secundum modum Pa

<sup>524</sup> quando] quoniam Pa

<sup>525</sup> importabunt] important Bo

1360 **Quod Pater prius est generans quam Pater, et est Pater, quia generat, non e converso.** Tertia quoque propositio est quod suppositum constitutum per generare praecedit ordine rationis se ipsum ut constitutum per paternitatem, unde prius est generans quam Pater, et est Pater, quia generat, non e converso. Similiter etiam prius est suppositum Filii constitutum per generari se ipso ut constituitur per filiationem, unde Filius prius est generatus quam Filius secundum  
 1365 modum intelligendi. Hoc autem patet<sup>526</sup> ex praecedentibus, quia sicut se habet generare ad paternitatem, sic constitutum per unum ad constitutum per aliud. Sed generare et paternitas dicunt eandem rem<sup>527</sup> diversimode conceptam, quae ut concipitur per modum generare praeintelligitur sibi ipsi conceptae per modum paternitatis. Ergo idem erit de supposito generantis et de<sup>528</sup> supposito Patris: quod idem suppositum erunt secundum rationem,  
 1370 nihilominus conceptum ut generans praeintelligetur sibi ipsi prout concipitur modo Patris. Et idem intelligendum est de Filio et generato.

**Quod principalius et verius constituitur suppositum Patris per generare quam per paternitatem, quamvis secundum usum loquendi melius exprimaturnominaliter dicendo**  
 1375 **‘Pater’ quam cum participialiter dicitur ‘generans’.** Quarta vero propositio est quod persona Patris verius et principalius constituitur per generare quam per paternitatem, nihilominus melius exprimitur secundum usum loquendi per nomen Patris quam per vocabulum generantis vel genitoris. Et primum quidem patet, quia illud dicitur verius et principalius quod est ex natura rei quam quod secundum considerationem fit<sup>529</sup> et<sup>530</sup> ex opere intellectus. Sed constitutio primi  
 1380 suppositi per actum generandi est quidem ex natura rei, quoniam generare est in re, et quoad **/Vb 297va/** intentionem quae concipitur et quoad modum actus et fluxus sive positionis activae sub quo concipitur. Constitutum vero per paternitatem habet aliquid de opere intellectus, quia licet paternitas sit in re quoad intentionem conceptam, quae penitus est eadem cum generare, nihilominus quoad modum habitus et quietis sub quo concipitur, quia intelligitur per modum  
 1385 habitudinis connectentis a qua<sup>531</sup> nihil<sup>532</sup> eliciatur<sup>533</sup>, **/Br 280vb/** sub isto quidem modo non est in rerum natura; alioquin modi oppositi fluxus et quietis inessent eidem rei, non solum in intellectu, immo in existentia, quod omnino impossibile est. Ergo suppositum Patris verius et principalius consurgit ex essentia et generare, quam ex<sup>534</sup> essentia et paternitate.

Secundum quoque patet ex **/Pa 181ra/** hoc quod secundum usum grammaticalis locutionis,  
 1390 participium et nomen verbale (ut ‘generans’ et ‘genitor’) videntur importare actum et suppositum, sed tamen actum ut a supposito egredientem. **/X 615a/** Unde ‘generans’ significat illum qui generat quasi elicitive, et similiter ‘generator’ idem importat; et hinc est quod dixerunt grammatici participium significare fieri coniunctum cum supposito a quo egredi designatur. Nomen autem Patris, si adiective<sup>535</sup> concipiatur, intelligitur<sup>536</sup> significare suppositum habens  
 1395 paternitatem<sup>537</sup> quasi adventiciam et sibi extrinsecus accidentaliter affixam<sup>538</sup>; si vero teneatur substantive sicut ‘homo’ vel ‘leo’, sic importat suppositum habens paternitatem intranee in sui subsistentia insistentem, sicut homo habet humanitatem. Et quoniam ‘paternitas’ dat intelligi generare vel genuisse per modum cuiusdam praevis circa illud suppositum quod habet paternitatem, ita quod si ipsam habet<sup>539</sup> extrinsece, generare intelligitur extrinsecum, si vero  
 1400 intrinsece, generare<sup>540</sup> intelligitur intrinsecum illi supposito, et pertinet intranee ad subsistentiam eius, idcirco nomen Patris, dum substantive tenetur, melius et proprius exprimit primum

<sup>526</sup> patet *om.* Pa

<sup>527</sup> rem] sed *add.* Br

<sup>528</sup> de *om.* Br Pa Vb Vn

<sup>529</sup> fit] sit Vn

<sup>530</sup> et *om.* Br

<sup>531</sup> qua] quo Vb

<sup>532</sup> nihil *om.* Br Pa Vn Vb

<sup>533</sup> eliciatur] elicitur Pa

<sup>534</sup> ex *iter.* Vn

<sup>535</sup> adjective] adiectione Pa Vn

<sup>536</sup> intelligitur] intelligitur Pa Vb; ] intelligere Vn

<sup>537</sup> paternitatem] et *add.* Pa

<sup>538</sup> affixam] annexam Br

<sup>539</sup> habet *om.* Pa

<sup>540</sup> intrinsece generare *om.* Pa

suppositum in divinis quam vocabulum generantis vel genitoris, non quidem quia paternitas magis constituat quam generare, sed quia ex vi nominis intelligitur non solum paternitatem, immo et eius praeivium<sup>541</sup> (quod est generare) ad illius subsistentiam intranee pertinere, qui<sup>542</sup>

1405 substantive dicitur ‘Pater’. Et hinc /Vn 173va/ est quod Magister dicit<sup>543</sup> in praesenti distinctione quod ‘Pater’ significat hypostasim vel personam, ‘generans’ autem et ‘genitor’ non significant hypostasim, quasi intraneam, sed magis per modum eius a quo generare<sup>544</sup> egrediatur; unde potius proprietatem significat quam hypostasim ex virtute sermonis.

Nec<sup>545</sup> procedunt motiva primae opinionis, fundantur enim in falsa imaginatione, scilicet 1410 quod /Bo 191rb/ generare sit ab aliquo esse capiens elicitive, et quod generari sit via qua aliquid esse capiat elicitive<sup>546</sup> in divinis. Et secundum hoc sequeretur quod intellectus non posset<sup>547</sup> concipere Patrem constitui per generare, quia necessario intelligeret quasi quoddam extrinsecum generare, et quasi aliquid egrediens et exiens a supposito Patris; et eodem modo concipere non posset personam Filii constitui<sup>548</sup> per generari, quia necessario haberet<sup>549</sup> intelligere generari 1415 quasi quiddam extrinsecum per modum praeivii et viae cuiusdam ad<sup>550</sup> suppositum Filii et personalitatem ipsius. Sed quia hoc omnino falsum<sup>551</sup> est, ut declaratum est saepe, ideo cessat haec difficultas, debet enim concipere, qui recte circa divina considerat, quod generare<sup>552</sup> a supposito Patris /Vb 297vb/ elicitive esse non capiat, sed quod una cum essentia fundet<sup>553</sup> omnimodam unitatem et Patris personalitatem; et<sup>554</sup> similiter de generari respectu Filii et suae<sup>555</sup> 1420 personalitatis. Et quod dicitur de paternitate, quod secundum modum intelligendi videtur intranea Patri, et generare extraneum<sup>556</sup> sive progrediens, et ita videtur quod paternitas praecedat<sup>557</sup> ipsum, dicendum quod ea necessitate qua intellectus paternitatem intraneam alicui apprehendit, eadem<sup>558</sup> concipit quod eius praeivium et causa – videlicet generare, sine quo paternitas capi<sup>559</sup> non potest – est quid intraneum et insistens.

1425 Non valent<sup>560</sup> etiam<sup>561</sup> quae ab aliis<sup>562</sup> inducuntur ad confirmationem<sup>563</sup> huius opinionis. Primum /X 615b/ siquidem non, quoniam generare, quamvis /Br 281ra/ eius realitas consistat in agere, et concipiatur per modum actus, potest fundare cum essentia perseitatem tertii modi, et per consequens subsistentiam ac personalitatem. Non enim intelligitur per modum fluxus successivi ut motus, sed per modum actus permanentissimi, et cuiusdam agere productivi.

1430 Non valet quoque secundum, quia si paternitas concipitur alicui insistere per modum actus primi, generare vel genuisse de necessitate concipitur illi insistere per modum actus primi, quia nullo modo paternitas potest alicui magis esse intranea quam illud quod praeexigit necessario, videlicet genuisse. Unde generare elicitem non potest alicui esse actus primus, sed inelicitum utique potest, sicut apparet<sup>564</sup> ex terminis.

1435 Non valet etiam tertium, quia per illud probatur quod secundum usum loquendi melius exprimitur per nomen Patris quam per vocabulum genitoris vel generantis. Hoc autem verum

<sup>541</sup> praeivium] primum Br

<sup>542</sup> qui] quia Br

<sup>543</sup> dicit] dicitur Br

<sup>544</sup> generare *om.* Pa

<sup>545</sup> Nec] non Vn

<sup>546</sup> et quod . . . elicitive *om.* Pa

<sup>547</sup> posset] potest Pa

<sup>548</sup> et exiens . . . constitui *om.* Pa

<sup>549</sup> haberet] habere Pa

<sup>550</sup> ad] aliud Vn

<sup>551</sup> omnino falsum] opinio falsa Pa

<sup>552</sup> quod generare *om.* Pa

<sup>553</sup> fundet] fundat Br

<sup>554</sup> et *om.* Pa

<sup>555</sup> suae] sui Pa

<sup>556</sup> extraneum] extrinsecum Pa

<sup>557</sup> praecedat] praecedit Pa Vn

<sup>558</sup> eadem] et *add.* Br

<sup>559</sup> capi] concipi Pa

<sup>560</sup> valent] valet Br

<sup>561</sup> etiam *om.* Pa

<sup>562</sup> aliis] alii Pa

<sup>563</sup> confirmationem] affirmationem Pa

<sup>564</sup> apparet] patet Br

est propter rationem iam tactam. Et per idem patet ad quartum, nisi quod auctoritates<sup>565</sup> Boethii et Damasceni, qui videntur asserere quod solis relationibus<sup>566</sup> paternitatis et filiationis supposita distinguantur, non excludit generare et generari, cum sint eadem res et eadem ratio diversimode concepta<sup>567</sup>, et per consequens eadem constitutiva proprietas, propter quod cum uni <non> additur nota exclusionis, intelligi debet reliquum non excludi.

**Concluditur ex praemissis quod in divinis relationes, ut sunt id ipsum quod origines, sunt reales, in quantum vero<sup>568</sup> habitudines, non sunt res, sed in sola apprehensione intellectus contra opinionem Thomae, parte prima, q. 28, art. primo, et Hervei et Durandi et plurium aliorum.** Ex praemissis colligitur quod relationes divinae, quantum ad id quod expriment et important, verae res sunt, quia id ipsum quod generare vel generari, spirare vel spirari; quantum autem<sup>569</sup> ad modum habitus et quietis, secundum quem differunt ab actibus et induunt rationem habitudinum et relationum, non sunt in Deo ex natura rei, sed ex sola apprehensione intellectus.

1450 Huic tamen obviare videtur communis opinio multorum, quae videtur multiplici ratione fulciri. Ille enim respectus est in ipsa rerum natura, et non in sola apprehensione intellectus unum extremum alteri conferentis, qui habet esse<sup>570</sup> inter extrema eiusdem ordinis, requirit enim relatio condiciones quatuor ad hoc quod sit realis.

1455 Primam<sup>571</sup> quidem quod supponat aliquod fundamentum reale, cuius sit ut subiecti, quia non entis non potest esse relatio realis. **/Vb 298ra/**

Secundam vero quod illud fundamentum sit res sub ratione qua est fundamentum, et secundum quod dicitur referri. Et propter defectum huius condicionis intellectum non refertur realiter ad intelligentem, quia intellectum in quantum<sup>572</sup> huiusmodi denominatur ab actu intelligendi, qui secundum rem nihil ponit in intellectu<sup>573</sup> sed tantum in intelligente. **/X 616a/**

1460 Tertiam quoque quod terminus ad quem relatio habet esse sit quaedam res, quia ad id quod nihil est realis relatio esse non potest.

Quartam vero quod terminus realiter sit distinctus ab alio correlativo, unde eiusdem ad se ipsum non est relatio<sup>574</sup> realis.

1465 Quinta vero condicio additur ad praedictas, videlicet quod extrema relationum coexigant se mutuo, et sint<sup>575</sup> eiusdem ordinis, et ideo Dei ad creaturam non est relatio realis, nec mensurae ad mensuratum.

1470 Sed manifestum est quod omnes istae condiciones concurrunt in divinis, quia et fundamentum reale et secundum quod fundamentum, et terminus <est> et<sup>576</sup> res et res<sup>577</sup> distincta, et extrema coexigunt se mutuo **/Vn 173vb/** et sunt eiusdem **/Br 281rb/** ordinis, sicut patet de Filio et Patre. Ergo **/Pa 181rb/** relinquitur quod respectus mutuus **/Bo 191va/** eorumdem sit in rerum natura, et non in apprehensione sola.

Praeterea, ubi est reale relatum, ibi relatio est in rerum natura. Sed Pater est realiter Pater, et Filius est<sup>578</sup> realiter Filius. Ergo paternitas et filiatio, ut sunt relationes, erunt res verae, circumscripto omni opere intellectus.

1475 Sed istis non obstantibus dicendum est sicut prius. Impossibile est enim rem eandem in sui existentia habere modum habitus et quietis, et modum actus et fluxus, alioquin opposita inessent eidem<sup>579</sup>. Sed paternitas habet<sup>580</sup> modum habitus et quietis, generare vero modum actus et

<sup>565</sup> auctoritates] auctoritas Br Pa Vb Vn

<sup>566</sup> relationibus] et *add.* Bo Br

<sup>567</sup> concepta] considera Br

<sup>568</sup> vero] verum Br

<sup>569</sup> autem *om.* Pa

<sup>570</sup> esse] et *add.* Br Pa Vb Vn

<sup>571</sup> Primam] prima Pa

<sup>572</sup> in quantum *om.* Br

<sup>573</sup> intellectu] intellectu Bo

<sup>574</sup> relatio] aliqua Br

<sup>575</sup> sint] sunt Pa Vn

<sup>576</sup> et *om.* Br

<sup>577</sup> et res *om.* Pa

<sup>578</sup> est *om.* Pa

<sup>579</sup> inesse eidem] essend idem Pa

<sup>580</sup> habet *om.* Pa

fluxus. Ergo vel<sup>581</sup> non sunt eadem res, cuius oppositum omnes habent concedere secundum intentionem sanctorum, aut si sunt eadem res, uterque modus, actus scilicet et quietis, non potest  
1480 attribui illi rei<sup>582</sup> in sui existentia. Sed manifestum est<sup>583</sup> quod, in sui existentia et in rerum natura, oportet quod illa res habeat modum actus et agere productivi, alioquin non vere producerentur personae. Ergo impossibile est quod in<sup>584</sup> existentia habeat modum habitus relativi tantummodo connectentis, et non causantis, quare iste modus erit in sola apprehensione intellectus.

1485 Praeterea, impossibile est quod eadem realitas inter duo extrema consistens vere sit positiva alterius extremi et<sup>585</sup> non positiva in rerum existentia, alioquin contradictoria essent<sup>586</sup> simul vera. Sed realitas importata per generare<sup>587</sup> existit inter Patrem et Filium, ut vere positiva et causativa Filii; paternitas vero existit inter eos, ut nullo modo causativa aut positiva Filii, sed tantummodo ut referens et connectens, quia relationis non est causare extrema, sed connectere et  
1490 referre. Ergo vel non sunt eadem res paternitas et<sup>588</sup> generare, quod tamen omnes concedunt, vel necesse est quod generare secundum rem et modum causativum sit in divinis ex natura rei et sine opere intellectus, paternitas vero et modus eius relativus terminum<sup>589</sup> non ponens, sed tantum ad ipsum referens, sit ex solo opere intellectus. Et hoc utique verum est et demonstrative conclusum, paternitas enim est vera res causativa et<sup>590</sup> positiva extremi, est enim ipsum  
1495 generare, sed concipitur sub modo non causativo, sed connexivo et relativo /Vb 298rb/ tantum, qui quidem modus non est in re, sed in intellectu /X 616b/ apprehendente. Et ideo paternitas, in quantum est relatio quaedam differens modaliter a generare, est ab opere intellectus. Unde in divinis sunt origines ex natura rei, habitudines vero et relationes per actum intellectus, et idem intelligendum est de toto secundo modo<sup>591</sup> relativorum in omnibus creaturis. Et ideo signanter  
1500 relationes huiusmodi dicuntur reales, non tamen in quantum huiusmodi sunt res, quoniam realitatem originum, et actionum, et passionum vere importat, non tamen<sup>592</sup> sub modo reali, sed per modum connexivum, non causativum, immo magis suppositivum<sup>593</sup> terminorum, qui quidem modus nullatenus esse potest in re, quae vere est causativa.

Nec procedunt motiva opinionis contrariae. Primum siquidem non, quia, dato quod illae  
1505 quinque condiciones concurrant, non tamen ex hoc probatur quod modus relativus, in quo paternitas differt a generare, attribuatur in rei existentia illi realitati<sup>594</sup> quam generare importat.

Non procedit quoque secundum, quia licet Pater sit vera res et Filius vera res, non tamen est vera res relata /Br 281va/ et non producens, hoc autem clauditur in ratione paternitatis, quae est ratio connexiva, non causativa. Unde quaerenti an, circumscripto omni opere intellectus, aliquis  
1510 sit<sup>595</sup> Pater, respondendum est<sup>596</sup> quod sic quantum ad realitatem quam Pater importat, sed non quantum ad modum, cui repugnat causare, et competit tantum connectere.

Et in hoc quartus articulus terminetur.

### Responsio ad obiecta

1515 Ad ea ergo<sup>597</sup> quae superius inducuntur, dicendum est<sup>598</sup>. Ad primum quidem quod non est verum quin realiter paternitas<sup>599</sup> sit in Patre; et ad probationem patet per ea quae<sup>600</sup> dicta sunt in corpore quaestionis.

<sup>581</sup> vel *om.* Vb

<sup>582</sup> rei *om.* Br Pa Vb Vn

<sup>583</sup> est *om.* Br

<sup>584</sup> in] sui *add.* Vn

<sup>585</sup> et *iter.* Pa

<sup>586</sup> essent] erunt Br Pa Vn

<sup>587</sup> generare] generari Br

<sup>588</sup> et *om.* Vn

<sup>589</sup> terminum] termini Vb

<sup>590</sup> et] res *add.* Br

<sup>591</sup> modo *om.* Vn

<sup>592</sup> tamen *om.* Bo

<sup>593</sup> suppositivum] suppositivo Br Pa Vb Vn; ] ? Bo

<sup>594</sup> realitati] reali Pa

<sup>595</sup> sit] persona *add.* Vn

<sup>596</sup> est *om.* Br

<sup>597</sup> ergo] vero Bo

<sup>598</sup> est *om.* Bo

Ad secundum dicendum quod Pater et generans praedicantur quidem de essentia per identitatem<sup>601</sup>, et similiter paternitas et generare; denominative vero non praedicantur de ipsa, ne  
1520 denotetur quod essentia habuit Filium aut<sup>602</sup> genuit ipsum.

Ad tertium dicendum quod non est verum de generare quod sit realiter idem quod Filius; nec probationes procedunt, ut patet ex dictis in quaestione<sup>603</sup>.

Ad quartum dicendum quod ratio illa concludit paternitatem et generare differre conceptibiliter, in quantum generare concipitur, non quidem ut fundamentum paternitatis, sed ut  
1525 quoddam praeivium et ratio fundandi.

Ad quintum dicendum quod sicut generare transit, ita et realitas paternitatis transit, manet tamen inter Patrem et Filium quamdiu extrema remanent in conceptu connectente utrumque. Non est<sup>604</sup> enim<sup>605</sup> inconueniens quod mens rem aliquam apprehensam per modum fluxus intelligat transivisse, et eandem apprehensam per modum habitus intelligat manere, sicut patet  
1530 de esse et essentia.<sup>606</sup> Licet enim transeunte esse<sup>607</sup>, essentia realiter transeat, nihilominus eo transeunte quoad conceptum, manet conceptus essentiae, de quo est scientia, et de quo formantur propositiones: dicimus **/X 617a/** enim quod haec est vera, ‘rosa est flos’, ista non existente vera: ‘rosa est’ vel ‘flos existit’.

Ad sextum dicendum quod eadem res, immo eadem intentio, potest esse in praedicamento actionis et passionis, secundum quod intelligitur per modum actus **/Bo 191vb/** et agere seu agi,  
1535 quae<sup>608</sup> tamen, intellecta per modum habitus, erit in alio<sup>609</sup> praedicamento, sicut patet de florere et flore.

Ad septimum **/Vn 174ra/** dicendum quod si modus actus et fluxus esset<sup>610</sup> in rerum natura, et similiter modus habitus **/Vb 298va/** et quietis secundum quem paternitas concipitur, impossibile foret quod paternitas et generare essent res eadem; sed non est impossibile quod aliqua res  
1540 intelligatur per modum habitus, quae tamen in sui existentia sit quaedam<sup>611</sup> productiva tendentia et quidam actus.

Ad octavum dicendum quod nullum inconueniens est idem realiter et diversum conceptibiliter habere in se quandam habitudinem prioris et posterioris, secundum quod  
1545 conceptibiliter differt, et<sup>612</sup> ita est de generare et de<sup>613</sup> paternitate. Et per idem patet ad nonum.

<sup>599</sup> quin realiter paternitas] quod realitas paternitatis Bo

<sup>600</sup> quae] in *add.* Bo

<sup>601</sup> identitatem] paternitatem Br

<sup>602</sup> aut] denotatur vel quod *add.* Br

<sup>603</sup> quaestione] positione Br Pa Vb Vn

<sup>604</sup> est *iter.* Br

<sup>605</sup> enim *om.* Br

<sup>606</sup> Cf. *Scriptum*, d. 8, q. 1.

<sup>607</sup> esse] et *add.* Br

<sup>608</sup> quae] qua Br

<sup>609</sup> alio] aliquo Bo

<sup>610</sup> esset] esse Pa

<sup>611</sup> quaedam *om.* Pa

<sup>612</sup> et *om.* Br

<sup>613</sup> de *om.* Bo